

69
1 D
18

Almagestū CL. Ptolemei

Pheludiensis Alexandrini Astronomoꝝ principis:
Opus ingens ac nobile omnes Celorū mo-
tus continens. Felicibus Astris eat in
lucez: Ductu Petri Liechtenstein
Coloniēsis Germani. Anno
Virginei Partus. 1515.
Die. 10. Ja. Venetijs
ex officina eius-
dem litte-
raria.



* * *

Cum priuilegio.



Petrus Liechtenstein Coloniensis Germanus Omnibus Studiosis Astronomie. S. P. D.



Manibus complaudite q temporibus nostris thesaurus totius Astronomie repertus est: qui multis annis in tenebris latuit. Quem mira indagine ⁊ incredibili labore ingenio ac sumptibus inscribendo. limitando ex corruptis antiquis exemplaribus perquisiui: ex diuersis climatibus orbis. Ad laudem gloriam ⁊ honorem eterni Dei creatoris omnium rerum. Sic itaq celum sidera ⁊ omnes motus eorum tam mirabilia atq magnalia gesta Dei perscrutantes: melius poterimus ipsum sūmum bonum Deū creatorem ⁊ redemptorem ac benignum Patrem omnium contemplari: ⁊ precepta eius diligenter obseruare: vt ad ipsum tandem reuerti possimus: atq supremū pulcherrimum ascendere Celum ac sidera. Et in obitu omnium nostrorū vnumquēq feliciter scrutari. Hec est dies delectabilis. Dies quem fecit Dominus. Exultemus et letemur in ea. Itaq ad cōmune bonum ac vtilitatem hominum in lucem siue in publicum duxi hoc preclarū ingens ac nobile opus Almagesti: vt vnusquisq pro voluntate sua paruo ere ipsum habere possit. Id fideliori melioriq modo collegi: quanta mihi virtus ⁊ facultas a Deo concessa fuit. Valete omnes sideralis scientie cultores. Ex officina nostra litteraria. Anno Christi siderum conditoris. 1515. Die. 10. Januarij Venetijs.

Tabula

Tabula capitulorū siue rubricarū totius operis cum numero foliorum: quam cōmoditatis gratia conscripsi. Fausto sidere incipit.

Capita. 14. Dictionis prime. 1

Capita. 13. Dictionis secūde. 2

Capita. 10. Dictionis tertie. 3

¶ Capita. 11. Dictionis quarte. 4

¶ Capita. 19. Dictionis quinte. 5

¶ Capita. 13. Dictionis sexte. 6



¶ Capita. 5. Dictionis septime. 7

¶ Capita. 6. Dictionis octaue. 8

¶ Capita. 11. Dictionis none. 9

¶ Capita. 10. Dictionis decime. 10

¶ Capita. 12. Dictionis vndecime. 11

¶ Capita. 9. Dictionis duodecime. 12

¶ Capita. 11. Dictionis tertiedecime. 13

Errata

Folio. 7. tabula prima chordarꝫ vbi inscriptio est. ¶ Pars tricesima sub. m̄ ibi sunt in prima area tres. o. debet esse: vnũ minutũ trina vice positũ. scꝫ m̄. 1. scda. 2. tertia. 50.

Folio. 12. formula prima circa medium: vbi illa linea incipit. e. b. b. ibi circa finẽ illius linee male positum est. dupli ci arcus. e. a. ad chordã duplici arcus. a. t. corrige. duplici arcus. t. a. ad chordã duplici arcus. a. e. aggregatur.

Folio. 61. formula secũda: colũnula secunda numerorum: vbi inscripsio est. Dies mensis thot. corrige. Dies mensis thut. Et sic in alijs duabus colũnulis folio. 62.

Folio. 62. formula prima: colũnula prima numerorũ vbi reperitur impssum: Anni expãsi. scribe: Anni collecti.

Folio. 63. formula secũda in principio non bene impressũ est. ¶ Capitulum decimũquintum: dele illud decimum quia superfluum est positum.

Dubia.

Folio. 27. formula prima circa principium: in linea septima circa finem: positum est: annorꝫ felis: etiam inueni: annorũ felicis: nolui mutare sed iudicio meo debet esse: annorum philippi: infra: in eadẽ formula in linea vigesima quarta que incipit: vna triũ milium ꝛ sexcentarum ptiũ: dubito q̄ esse debet: vna trecẽtarum ꝛ sexaginta partiũ. Iterũ infra in linea. 53. reperi: annorum felis: annorũ felicis: vt supradictum est.

Folio. 111. formula prima circa finẽ in linea que incipit: fuit locus huius stelle in ãno primo annorum Antonij: et ita impressũ est in toto Almagesto: tamen in multis exẽplaribus reperi scriptum: anno primo annorꝫ Antonini.

Finis.

¶ CL. Ptolemei Alexandrini Astronomorũ principis Almagesti seu Magne ꝯstructionis liber: omniũ celestiũ motuum rationem clarissimis sententijs enucleans: fausto sydere incipit. Et primo in eũdẽ p̃fatio.



Uidam princeps nomine Albuguafe in libro suo (quem Sciẽtiarum electionem: et verborum nominauit pulchritudinem) dixit: ꝙ hic Ptolemeus fuit vir in disciplinarũ scientia prepotens: preeminẽs alijs. In duabus artibus subtilis: idest Geometria ⁊ Astrologia. Et fecit libros multos. de quorum numero iste est: qui Megasti dicitur. cuius significatio est Maior perfectus. Quem ad linguam volentes conuertere Arabicã: nominauerunt Almagesti. ¶ Hic autem ortus et educatus fuit in Alexandria maiori terra egypti. Cuius tamẽ ꝓpago de terra Sem: et de prouincia que dicitur Pheludia. Qui in Alexandria cursus sydertum considerauit instrumentis tempore regis Adriani et aliorum. Et super considerationes quas Abrachis in Rhodo expertus est: opus suum edidit. ¶ Ptolemeus vo hic nõ fuit vnus regum egypti: qui Ptolemei vocati sunt: sicut quidam estimant: sed Ptolemeus fuit eius nomen: ac si aliquis vocaretur Cosdrohe aut Cesar. ¶ Hic autem in statu moderatus fuit: colore albus: incessu largus: subtiles habens pedes. in maxilla dextra signum habens rubeum. barba eius spissa ⁊ nigra: dentes anteriores habens discoopertos et apertos. Os eius paruum: loquele bone et dulcis: fortis ire: tarde sedabatur: multum spaciabatur et equitabat: parum comedebat: multum ieiunabat: redolentem habens anhelitum: et indumenta nitida. Mortuus est anno vite sue septuagesimooctauo. ¶ Hec sunt de disciplinis et sapientijs Ptolemei huius. ¶ Conueniens est intelligenti pro deo verecundari: cũ ea que ei sunt grata cogitat. ¶ Intelligens est qui semper linguam suam refrenat: nisi ad hoc vt de deo loquatur. ¶ Insipiens est qui suiipsius ignorat quantitatem. ¶ Cum aliquis sibi placet: ad hoc deductus est: vt ira dei sit super ipsum. ¶ In bono quod deus operatur: quasi bonitatem largi datoris attendere debes: et in malis aduersis quasi purgationis et eterne remunerationis bonitatem. ¶ Quanto plus fini appropinquas: bonum cum augmento operare. ¶ Hominis disciplina sui intellectus socius est: et apud homines intercessor. ¶ Non fuit mortuus qui scientiam viuificauit. nec fuit pauper qui intellectui dominatus est. ¶ Qui inter sapiẽtes humilior est: sapientior existit: sicut locus profundior magis abundat aquis alijs lacunis ¶ Non disseras nisi cum eo qui veritatem concedit: nec respondeas nisi a te querenti consilium: ⁊ cupide recipienti. ¶ Tuum consilium non committas nisi qui ipsum celauerit. ¶ Qui in mundo permanere voluerit: cor patiens aduersitatibus preparet. ¶ Parua domus est dolor minor. ¶ Plus gaudeas ꝙ non dixisti errorem: q̃ꝫ ꝙ bene dicendo non tacuisti. ¶ Cum irasceris non extendas manũ ad peccandũ. ⁊ cum dimissio vindicte non fuerit debilitas: parce. ¶ Ultime hominis promissiones cane sunt. ¶ Iustorum corda secretorum sunt monumenta. ¶ Qui per alios non corrigitur: nec alij per ipsum corrigentur. ¶ Manus intellectuum: animarum tenent habenas. ¶ Uulgi habenas regere melius est q̃ꝫ multos habere milites. ¶ Fiducia est socius ꝯsolans: quã licet non consequaris: eam nõ angariasti. ¶ Securitas solitudinis dolorẽ remouet: ⁊ pauor multitudinis cõsolationẽ aufert. ¶ Inter hoies altior existit mũdo: qui nõ curat i cuius manu sit mũdus. ¶ Inuido videtur ꝙ ablatio boni alterius sit sibi bonum. ¶ Hoies lucrantur census: ⁊ census lucrant̃ hoies. ¶ Qui scientiã suam vltra astutiã que in ipso est extendit: est sicut pastor debilis cum multis ouibus. ¶ Qui in dignitate sua multum extollitur: in amissione eius multũ deprimitur. ¶ Qui male operando vult celari: satis discoopertus est. ¶ Qui in mendacio cõfidit: tempestiue deficiet ei. ¶ Meditatio veritatis existit clauis. ¶ Intercessor est petentis ala. Anima non egredietur a fiducia vsq3 ad mortem. ¶ Anima ignorãs suo socio magis inimicatur. ¶ Quidam rex inuitauit Ptolemeũ ad prandium. qui rogans sore se excusatũ: dixit Regibus contingit fere quod contingit considerantibus picturas. que cum a longe videntur placent: propinque vo non dulcescunt.

Liber hic Almagesti preclarissimi Ptolemei phe

ludiensis Universam celestium motuum rationem tredecem dictionibus seu partialibus libris: cētū ꝛ quadragintaquattuor caplis ꝯstātibus aptissime cōplectit. In quarū cuiusqꝫ dictionū frōte capl'a quibus eadē cōtexta fuerit: pari huic serie se offerēt.

¶ Dictio prima quattuordecim capitulis constat.

¶ Capitulum primum De scientie huius ad alias excellentia: ꝛ finis eius vtilitate.



Onū scire fuit quod sapientibus non deuiantibus visum est: cū partē speculationis a parte operatiōis diuiserūt: que sunt due sapiētie partes. Licet enī contingat vt operatiōe sit speculatio prius: iter eas tamen non parua existit differētia. Nō solum quia etsi quorūdam morum honestatem possibile sit pluribus hominibus inesse absqꝫ doctrina: non tamen totius scientiam absqꝫ doctrina comprehendere est possibibile: Uerum etiam quia plurimū vtilitatis ꝯsistit: in opatione quidē ꝓpter plurimam perseuerātiam agendi in rebus: et in scientia quidem propter augmentuꝫ in scientia. Quapropter nobis visuꝫ est expedire nobis vt sciamus metiri opationem cū doctrina principioꝝ eoꝝ que reperiuntur in imaginatione ꝛ intellectu. ne quid desit ex inquisitiōe totius: pulchre rei: decentis forme: sm mēsurationis bonitatē. neqꝫ in minimis rebus neqꝫ in vilibus. ꝛ vt expendamus plurimum nostri ocij ꝛ plurimum nostri studij in disciplina scientie magne ꝛ excelse: ꝛ precipue que proprie nominatur scientia. ¶ O qꝫ bonum fuit ꝙ Aristoteles diuisit theoricam: cum eam in tria prima genera distribuit. In naturale videlicet doctrinale: ꝛ theologicū. Generatio nāqꝫ oīs generati ex materia est ꝛ forma ꝛ motu. Neqꝫ est possibile vt in aliquo noto: vnūqōqꝫ horū triū solū per se sigillati stans absqꝫ alio videatur. possibile tn̄ est: vt vnū absqꝫ alio intelligatur. ¶ Q. si quis scire querit: que sit pͥma causa primi motus: affirmabit illi accurati⁹ pscrutāti cū illud sm ordines suos fuerit declaratum: ꝙ est deus inuisibilis ꝛ immobilis. Species autem theorice qua inquiritur perscrutatio qua scitur quod est in suprema altitudine ordinum mūdi: nominatur Theologica. Et hec quidem intelligitur separatū esse a substantijs sensibilibus. ¶ Species vō theorice qua species materiales inuestigant: semper alterate in album ꝛ nigrū: ꝛ calidum ꝛ frigiduꝫ: ꝛ acetosum ꝛ dulce: ꝛ que his assimilantur: nominatur Naturalis. Hec aūt natura cōsistit in rebus antiquis: quarum plures sub orbe lune mouent: vel que corrumpuntur vel que finiunt. ¶ Speciem vō indicantem demōstrationē specierum formarum: ꝛ motus eorum que localiter mouent: ꝛ quātitatem: ꝛ magnitudinem: ꝛ tempus: ꝛ figuram: ꝛ que his

similis existunt: sigillatim ponam: ⁊ vocabo eam proprie nomine scientie. Et hec quidē natura quasi medium tenet inter illas duas naturas. non tm̄ quoniam possibile est vt intelligatur sm̄ sensum: sicut species cōprehenditur nālis. ⁊ absqꝫ sensu etiā: queādmodū spēs cōprehēdit̄ theologica: Uerūetiā q2 cū i oībus essentijs existit actu: ipsa etiā tēperantia cōiter existit in oībus essentijs mortalibus ⁊ imortalibus: ⁊ que corrūpunt̄ ⁊ que nō corrūpunt̄. In eis aūt que corrūpunt̄ existit cū alteratione forme que nō separat̄ a materia. Sed in eis que nō corrūpunt̄. s. in natura celesti remanet in forma sua absqꝫ alteratiōe. Quapropter dico q̄ duo reliqua genera diuisionis theorice sola estimatiōe cognoscuntur: ⁊ nō scientie veritate cōprehendūtur. Theologicū vꝫ q2 nunq̄ videt̄ neqꝫ comprehenditur. naturale vō propter motionē materie: ⁊ leuitatem sui cursus: ⁊ velocitatem sue alterationis: ⁊ paruitatē sue more. Quare conuenientia sapientum nunq̄ in eis expectatur. ℂ Genus vō doctrinale ipsum solum replet eum qui ipsum studiose reponit: ⁊ vehementi inuestigatiōe inquirit: scientia permanente vera absqꝫ alteratione ⁊ contrarietate. quoniā demōstrationes que in ipso sūt: sm̄ vias sunt in quibus nō est ambiguitas: cum assumantur ex scientia numeri: et mensure. ℂ Nos autem volumus: vt in tota hac scientia inquantū possumus desudemus. ⁊ precipue in scientia corpoꝝ celestiū. In hac nāqꝫ scientia semp̄ fit inuestigatio ⁊ ꝯsideratio de rebus que semper sunt vno modo. Quapropter possibile est: vt hec scientia per seipsam cōprehendatur propter sui declarationem: ⁊ sui ordinis bonitatē: vno modo semper existentis. quod quidem propriū est sciētie vere. ℂ Hec quoqꝫ non parū valet ad reliquorum duorum modorum scientie cōprehensionem: ⁊ precipue scientie dei excelsi. Ipsa nāqꝫ est scientia ⁊ via ad sciendum deum altissimum: propter rationem cum perscrutatione ⁊ intellectu: que et eis similia vere ⁊ manifeste significant deum: qui non alteratur: ⁊ non mouetur: neqꝫ est accidens: neqꝫ est factus. quia ipsa nostre scientie quā de deo habemus altissimo vicina existit: ⁊ quia ipsa est semita ducens ad eum. Ipsa namqꝫ sola tm̄ de rebus semper permanentibus perseueranter inquirit. ⁊ est de rebus que sunt ex genere considerationis eius quod non alteratur. ⁊ estimatio ipsius absqꝫ opere vicinatur accidentibus que sunt in reuolutionibus ⁊ ordinibus motuū: qui sunt in substātijs sensibilibus mouentibus ⁊ motis sempiternis: in quibus non existit diuersitas. ℂ Ad genus quoqꝫ naturale nō parui extat iuuaminis. Uniuersalitas eni proprietatis nature materialis nō videt̄ neqꝫ cōprehenditur nisi ex proprietate conuersionis motus localis. Quapropter ⁊ quod corrumpit̄ ⁊ quod non corrumpitur: per motum rectum ⁊ circularem sentitur. Graue quoqꝫ et leue: ⁊ agens ⁊ patiens videntur per motum a medio: ⁊ per eum qui est ad medium. ℂ Preterea in actionibus quoqꝫ ⁊ honestatibus morum laudabilium non est eius necessitas parua. imo nihil est magis adiuuans ad acuendos oculos mentis nostre ⁊ intellectus: ad considerandū ea que operibus similantur diuinis: ꝑpter bonitatem moderaminis ⁊ equalitatis: ⁊ paruitatem arrogantie. Et quoniam ipsa facit eum qui perseueranter eam inquirit: hanc celestem pulchritudinem diligere: ⁊ ducit eum ad perseuerantiam diuini studij: ⁊ coniungit eum ipsi quod anime simile est propter bonitatem forme: ⁊ assimilat eum creatori suo. ℂ Nos autem laborabimus vt in amore scientie sempiternorum manentiū vsqꝫ ad terminū quē eoꝝ cōductor eis iposuit: in sequentibus huius nostri libri addamus. Ea vō huius scientie quorum comprehensio iam completa est a scientibus ea non deuiātibus: scilicet habentibus hāc scientiam ⁊ inquirentibus eam cum inuestigatiōe ⁊ studio addiscemus. Desideramus vō addere in eis ex declaratione sm̄ mensurā qua possibile fuerit sm̄ tempus qḋ fuit inter nos ⁊ eos. De omnibus vō huius scientie que iam estimamus fore manifesta ⁊ posita ⁊ certificata apud nos vsqꝫ ad hoc nostrum presens tempus: elaborabimus librum scribere compendiosum absqꝫ disputatiōe: ⁊ quanto plus possibile est breuem. sm̄ mensurā tamen qua possibile sit subtiles in arte arithmetice eum intelligere. Quia vō tēpora complere volumus: ponem⁹ quicqḋ possibile est conferre: et quo indigent ex scientia celesti in loco sibi proprio: ⁊ sm̄ suos ordines. Ne autem liber prolongetur: quecunqꝫ verificata sūt ex eis que ab antiquis posita sunt: simpliciter solum pertransseam. Que vō comprehendere non potuerunt: aut aliter q̄ꝫ oportuit posuerunt: elaborabo perficere ⁊ speculari sm̄ quātitatem nostre virtutis.


ℂ Capitulum secundum De ordinibus modorum huius scientie.



Uod prius de hac sciētia est sciēduz vel premittendū: est summa scientie habitudinis mensure totius terre ad totum celum: quecūqꝫ fuerit hec mēsura. Dico ergo q̄ primū oportet nos in sequentibus ex diuisionibus eius ⁊ partibus sumere inuestigationem scientie loci decliuis orbis. per quē orbem signoꝝ intelligimus. Et post sciemus que accidūt locis orbis terre habitabilib⁹. Deide post hec sequemur cū diuersitate que est inter horizōtas eoꝝ ab eis inseꝑabiliū: que ꝑueniūt pro-

pter declinationes: ſm eorum ordines. Poſtq̄ȝ igitur eorū que prediximus ſcientiā premiſerimus: erit inquiſitio eorum q̄ ſunt preter iſta facilioris vie. ¶ Quod vo poſt hoc ad narrandū ſumendū eſt: eſt inquiſitio ſcientie motus ſolaris ⁊ lunaris: ⁊ que in eis cōtingūt. Impoſſibile nāqȝ eſt comprehendere ſcientiam ſtellarum: et que de earum ſcientia explanare volumus: ante horum ſcientie comprehenſionem. Quia igitur ſermo de ſtellis eſt poſtremum quod in ea ſumendū eſt: ſm ꝙ ordinabiliter videtur. tunc vere oportet: vt premittamus de orbe ſtellarum fixarum ſermonem. Deinde conſequetur hūc ſermo de quinqȝ ſtellis: que planete dicuntur. Et laborabimus vt declaremus vnūquodqȝ eorū que prediximus: ſumendo mentionem inſtrumentorum ⁊ conſiderationum horum per res apparentes ⁊ manifeſtas: in qbus nō eſt dubitatio ex eis que antiq̄ tradiderunt: ⁊ nos poſt ipos experti ſumus quaſi fundamentum ⁊ principia. ⁊ conſtituemus ſuper ea quecūqȝ ea ſequuntur: ſm ſemitas demonſtrationum menſurabilium.

¶ Capitulum tertium Quo ſcitur ꝙ celum ſit ſphericum: ⁊ motus eius circularis.



Umma vero eius qd̄ narrādo oportet nos ꝑponere: ē qd̄ referā. Dico ꝙ celū ſit ſphericū: et mot⁹ ei⁹ ē ſphericus. Et ꝙ etiā figura terre cū omnib⁹ ſuis ptibus ſm ſenſuȝ ſit ſpherica. Et locus eius i medio toti⁹ celi. Et ꝙ ipſa ſm magnitudinē ⁊ ſpaciū eſt quaſi punctum quātum ad orbem ſtellarum fixarum. Et ꝙ ipſa non habet motū localē. ¶ Et ꝑmittā paucos ſermōes ſm demōſtrationē de vnoquoqȝ eoꝝ q̄ ꝑdixim⁹ ad rememorādū. Primū qd̄ itellexerūt antiqui de his q̄ ꝑdixim⁹ vere fuit hoc qd̄ dicā ex ↄſiderationib⁹ doctrinaliū per inſtrumenta poſt longa tēpora. Uſ conſiderationes intelligi volumus q̄s doctrinales poſt longa tēpora per inſtrumēta experti ſunt. Uidebant enim ꝙ ſol ⁊ luna ⁊ relique ſtelle mouebantur ſemper ab oriente ad occidētem ſuper orbes adinuicem equidiſtantes: incipientes ab infimo inferiori: ⁊ paulatim eleuabantur ad ſupremaȝ altitudinem: ac ſi eleuarētur a terra. Deinde poſt hoc vno moderamine ad infimū inferius deſcenderent: donec eſſent quaſi cadentes in terrā: ⁊ occiderent omnino in ea. Deinde paruo tempore poſt hoc morarentur occulte ⁊ elongate: poſt etiā orirentur ⁊ occiderent: ac ſi alterum haberent principium. Et inueniebant hec tempora que erant motuū earum ab oriente in occidentem: ⁊ ab occidente in orientem cum menſuratione alternata. ¶ Plurimū vo qd̄ perduxit eoꝝ itellectus ad affirmādū figurā celi eſſe ſphericā: fuit reuolutio ſtellaꝝ ſemp apparētiū: que videnſ in circulis ſuis reuolui ſup vnū cētrū. Neceſſario igiſ opȝ vt pūctū illud qd̄ eſt cētrū: ſit polus ſphere celeſtis. Et videbāt ꝙ quecūqȝ ſtellaꝝ magis appropinquāt pūcto: in circulis reuoluebanſ breuioribus. ⁊ quecūqȝ earum ſunt a puncto remotiores: reuoluebantur in circulis maioribus: ſm menſuraȝ propinquitatis ⁊ remotionis: donec elongatio perueniat ad eas que occultantur. Et videbant ꝙ earum que occultantur: quecūqȝ propinquiores exiſtūt ſemper apparētibus: minus moranſ in occaſu. ⁊ que ſunt remotiores: magis morantur: ſm quantitatem propinquitatis ⁊ remotionis. Hec ergo ⁊ eis ſimilia ſunt prima ſolum que eorum intentiones confirmauerunt: ⁊ in eorū cogitationibus fixerunt ꝙ figura celi eſſet ſpherica. ¶ Poſt hec vo reliqua indicantia hoc idem: que ſequuntur iſta: ſunt que nos ſcimus: ꝙ quecūqȝ videmus in eo ex rebus apparentibus ſignificant ↄtrariū eius in quo ↄtradicentiū conſiſtit opinio. Et hoc eſt: vt ponamus ꝙ hō dicat ꝙ motus ſtellarū ſit ſm rectitudinē vſqȝ in infinitum: quemmadmodū quidam eſtimauerunt. Poſſibile ergo nobis eſt vt dicamus: Si ita eſt: quō poſſibile eſt vt quelibet earū ſingulis diebus ſup nos oriaſ ab ortu cuiuſqȝ? Et quō eſt poſſibile vt ad ortū ſuū redeat: cū eius motus ſit ſm rectitudinem vſqȝ in infinitum? Et quō ſi reuertiſ: nō videmus ſm rectitudinem redire? Et quō non alteraſ eius longitudo: ⁊ non minuitur ex ipſius magnitudine ⁊ lumine paulatim: ⁊ poſtea occidit? Nos vo huius contrarium videmus: quoniam apud occaſum ſuum augmentatur: demū fruſtatim minuitur: ac ſi a ſupficie terre ſecareſ. ¶ Uerum ꝙ etiam dicunt: ꝙ ipſe accēdantur a terra: ⁊ poſt hoc extinguanſ in ea: Oſtendā ꝙ ſermo hꝫ omni ignorantia maior exiſtit. Q. ſi nos conceſſerimus: ꝙ hec menſuratio magna ⁊ excelſa: que eſt in magnitudine menſurarum earum ⁊ quantitatum ⁊ longitudinum ⁊ locorum ⁊ temporum ſit vana ⁊ falſa: ⁊ ꝙ ſit natura quorūdam finium terre accendens: ⁊ quorundam extinguens: ſed ⁊ locus quibuſdam hominibus ſit accenſus: quibuſdam extinctus: ⁊ ꝙ quedam ſtelle ipſemet quibuſdam hominibus ſint accenſe: ⁊ quibuſdam extincte: ⁊ quibuſdā neutre: nō accenſe nec extincte: erit hoc totū deriſio ⁊ illuſio dicētis ipm. Quid ḡ dicēt de ſp apparētib⁹: q̄ nō orianſ neqȝ occidūt. Apparentes aūt q̄ nō orianſ ⁊ occidunt in quibuſdā locis: nō ſemp apparēt in omni loco ſupra terrā. Et omnino manifeſtū eſt ꝙ ſtelle ille in quibuſdā locis orianſ ⁊ occidūt: ⁊ in quibuſdā nec orianſ nec occidunt. ob q̄s cauſas nō;

erūt stelle accēdētes ⁊ extinguētes oriētes ⁊ occidētes semper in omni loco supra terram. Universaliter autem dico ꝙ quācūqꝫ figurā aliquis dixerit motus esse celestis preter sphericam: necessarium erit: vt sint spacia que sunt a terra vsqꝫ ad loca altiora diversa: vbicunqꝫ sit terra: sive in medio: sive a medio totius remota. Quapropter oportebit vt videamus magnitudinem mensure stellarum ⁊ intervalla earum adinuicem diversa in loco vno in omni revolutione: eo ꝙ quādoqꝫ sint in longitudine maiore: ⁊ quādoqꝫ in lōgitudine minore. Et similiter oportebit vt sit declinatio signi in suo cursu quandoqꝫ remotioris intervalli: quādoqꝫ vicinioris. Nos vero nihil horum videmus. ¶ Quod autem videmus ex augmento magnitudinis earū cum sunt apud horizōtas: non demōstrant nobis sic esse propinquitas earum: ⁊ parvitas lōgitudinis earum ab horizonte: sed est quasi simile ei qđ in aqua ponitur. Videtur enim maius. ⁊ quanto plus in profundum mergitur: augmētatur eius magnitudo. ¶ Demōstrat etiā affirmandū esse figuram celi sphericam: quia cōvenientia cōsiderationum per instrumēta nō est possibilis: nisi secundum hunc modum ⁊ hanc figuram tm̄. ¶ Nunc quoqꝫ dicemus secundum nr̄m sermonem. Celestis nāqꝫ motus levior est omni motu ⁊ velocior absqꝫ tarditate ⁊ prohibitione. Et figurarum velocioris motus ex superficialibus est circulus: ⁊ ex corporeis est sphera. Et quia figure plurium laterum que sunt in circulis equalibus: plures habentes angulos sūt eis maiores: est circulus maior figuris superficialibus: ⁊ est sphera maior figuris corporeis. Celum igitur est maius corporibus que sunt preter ipsum. ¶ Ad hoc quoqꝫ sciēdum reperimus semitam ex rebus naturalibus. Ether nāqꝫ tenuior est ⁊ subtilior omnibus corporibus alijs: ⁊ vehementius similis adinuicem. Cuius autem partes ad inuicem sunt similes: eius superficies adinuicem similantur. Superficies vero quarum partes adinuicem assimilantur: due tm̄ sunt. Ex superficialibus circulus: ⁊ ex solidis sphera. Quia igitur ether non est superficialis: ⁊ neqꝫ est nisi corporeus: oportet tūc vt sit sphericus. Nos quoqꝫ reperimus corpa naturalia terrena: grossa: antiqua: spissa: corruptibilia: alterata: diversarūqꝫ partiūqꝫ: facta secundum figuras ⁊ circulos non adinuicem similes. ⁊ reperimus celestia subtilia: similiū partium: sempiterna: habitudinis vnius: que consistit in ethere: facta secundum spherā. Si enī essent plana: ⁊ ad modum rerum alia cooperientium facta: non quicunqꝫ ea viderent: viderent ea in vna hora: neqꝫ ex partibus terre diversis viderēt ea rotunda. Quapropter oportet vt quia ether ea cōtinens in sui natura est sphericus: et quia eius partes sunt similes: sit ipsius motus circularis secundum equalitatem.

¶ Capitulum quartum De eo quod indicat ꝙ terra sit spherica.



Eclaratur nobis ꝙ terra cū oībus partibus suis sit sphericae figure secundum sensum Quia videmus solem ⁊ lunam ⁊ reliquas stellas non in omni loco oriri ⁊ occidere in vna hora: immo oriuntur ⁊ occidunt prius apud orientales: ⁊ postremo apud occidentales. Hoc autem scimus: quoniam reperimus considerationes temporūqꝫ eclypsiūqꝫ: ⁊ precipue lunarium: que sunt in momento vno: scriptas in libris antiquorum: qui eas consideraverunt: in horis diversis: non equalibus: incipientes oēs a meridie. Et invenimus principium horarum que sunt in libris orientalium antiquorū qui consideraverunt eclypses: ante principiūqꝫ earum que sunt i libris occidentaliū. Postqꝫ igitur invenimus diversitatem que est inter horas: secundum quātitatē longitudinū que est inter loca: tunc verificatur nobis vt existimemus superficiē terre esse sphericaqꝫ. Non enim hoc accideret nisi terra spherica foret. Gibbositas nāqꝫ que est ab omnibus partibus eius adinuicem similibus: est que cooperit lumē ⁊ fiunt tenebre. Deinde apparet augmētū ⁊ diminutio in eis que sequuntur partium ipsius secundum mensurationem vnam: Qđ si figura terre non foret spherica: non esset ita. ¶ Preterea possibile nobis est vt sciamus hoc ex eo qđ dicā: qđ est: Si terra foret concava: videremus stellas oriri prius apud occidētales. Et si esset plana: orirentur super omnes inhabitantes terram in vna hora. Qꝫ si esset triangulata: aut quadrata: aut alterius figure poligonie: orirentur stelle etiam super omnes inhabitantes in superficie vna: ⁊ super vnam rectam lineā in vna hora. Nos autem nihil horum videmus. Neqꝫ etiā est vt colūna longitudinis vnius circularis: cuius rotunditas sit superficies plana ad orientē ⁊ occidentem: cuius due superficies extremitatum eius sint super duos polos mundi: etsi hoc sit qđ veritati similius existimetur. Si.n. hoc ita foret: nullus habitātiū super eius gibbositatem: aliquā stellarum semper apparentiū videret semper. Et omnes stelle orirentur ⁊ occiderent semper super omnes homines. preter stellas equalis longitudinis ab vtroqꝫ duorūqꝫ polorum. ipse namqꝫ essent apud omnes homines semper occulte. Nos autem videmus ꝙ quanto plus imus ad plagam septētrionaleqꝫ secundum quātitatē nostri incessus in eam augmentatur quod occultatur a nobis ex stellis meridianis: ⁊ qđ apparet nobis ex stellis septētrio-

nalibus. Declarat̄ igit̄ nobis ꝑ eq̄litatē ei⁹ qđ gibboſitas terre nobis occultat his duab⁹ partibus: cum adinuicem comparantur in omnibus earū plagis: ꝙ ipſa eſt rotunda. ❡ Similr̄ quoqꝫ cum nos in aqua imus ad montes: aut ad loca alta: que ſint ſpecule a quibuſcunqꝫ horizontibus veniamus: ⁊ apud quoſcūqꝫ fuerim⁹: videmus magnitudinē ⁊ quātitatem eorum paulatim eleuari a mari: ⁊ quaſi ante hoc fuiſſent ſummerſa. Ergo declaratur nobis ꝙ hoc eſt propter gibboſitatem ſuperficiei aque.

❡ Capitulum quintum De eo qđ indicat ꝙ terra ſit in medio celi.



Oſtq̃ꝫ ſcimus ⁊ nouim⁹ hoc. tūc ſi ſcire cupierimus locū terre: in his que narrabimus non complebitur eius ſcientia per hoc qđ apparet nobis in ea: ſicut videmus ⁊ reperimus: niſi cum affirmauerimus locū eius mediū celi ſicut centrū in ſphera tenere. Niſi enim ipſa ſic fuerit neceſſarium erit: vt aut terra ſit egreſſa ab axe: equalis longitudinis ab vtroqꝫ duorū polorū. Aut ſit ſuper axem: neqꝫ ſit eius longitudo ab vnoquoqꝫ duorū polorꝫ equalis. Aut ſit egreſſa ab axe: magis appropinquans vni polorꝫ. ❡ Quod autem deſtruit ſermonem dicētis: ꝙ locus eius ſit primus trium: eſt qđ narrabo. Si imaginaremur eam cum hominibus ad ſuperiora eleuatam: aut cum eis ad inferiora demerſam a medio: comitaret̄ illos cum eēnt i orbe recto: ne noctis ⁊ diei equalitas ſemꝑ apud eos eſſet: eo ꝙ horizon ſecaret qđ ex celo eſſet ſuꝑ terrā ⁊ ſub ea abſqꝫ equalitate ſemper. Et cū eſſent in loco vbi eſt ſphera decliuis: accideret eis: vt aut nullo modo apud eos dies ⁊ nox equarentur. aut ſi apud eos eſſet equalitas: non fieret hoc in trāſitu medij inter tropicum eſtiualem ⁊ tropicum hyemalē. eo ꝙ hec duo ſpacia neceſſario eſſent inequalia. quoniā circulus quē horizon ſecaret tunc in duo media: non eſſet circulus equalitatis: qui eſt maximus eorum qui reuoluūtur ſuꝑ duos polos motus totius. ſed eſſet vnus circulorū qui equidiſtat ei: aut ex eis qui ab eo ſunt ſeptētrionales: aut ex eis qui ſunt ad meridiem. Apud v̊o omnes homines iam affirmatum eſt: ꝙ hec duo ſpacia in omni loco equalia exiſtūt: propter hoc ꝙ inuenerūt additionem diei equalis in longitudine ſua: quouſqꝫ perueniatur ad illum cuius longitudo eſt longior in tropicis eſtiualibus: eē equalē diminutioni in longitudine ſua: quouſqꝫ perueniatur ad illū cuius breuitas eſt breuior in tropicis hyemalibus. Q. ſi imaginaremur terram inclinatam cum hominibus ad plagam orientalem vel occidentalem: contingeret eis: ne viderent magnitudines ſtellarum: neqꝫ earum longitudines equales ⁊ ſm̄ vnum modum in horizonte matutinali ⁊ horizonte veſpertino. Neqꝫ eſſet apud eos tempus quod eſt ab oriente ad medium celi equale tempori qđ eſt a medio celi ad occidentem. Hoc autem totum diuerſum eſt ab eo qđ videmus. ❡ Illud quoqꝫ quo annihilatur ſermo dicentis: ꝙ locus terre eſt ſcđs triū. ſ. ꝙ eſt ſuper axē: ⁊ inclinata eſt ad vnum duorum polorum: eſt qđ narrabo. Si hoc modo eſſet: ſuperficies horizontis in omni climate non ſecaret qđ eſt ſuper terrā neqꝫ qđ eſt ſub ea ex celo ſm̄ equalitatem: ſed ſemper ſecaret ipſum ſm̄ diuerſitatem multis modis. quorū quilqꝫ in ſeipſo diuerſificaret̄: ⁊ quorum quiſqꝫ eſſet abſqꝫ alio. Neqꝫ eſſet poſſibile vt horizon ſecaret celum in duo media: niſi tm̄ in orbe recto. In circulo autem decliui: qui propinquior eſt duorum polorum: ſemper faceret apparere ꝙ minueret̄ qđ eſſet ſuꝑ terrā: ⁊ augmentaretur qđ eſſet ſub terra ſemper. Quapropter ſuperficies hui⁹ horizontis ſecaret circulum maiorē qui tranſit ſupra medium ſignorum abſqꝫ equalitate. Hoc autem eſt quod non ſic apparet. Omnes enim homines ſemper vident ſex ſigna ſupra terram apparere: ⁊ ſex reliqua occultari ⁊ celari. Deinde poſt hoc apparent illa ſex occulta ſuper terrā: ⁊ occidūt alia ſex reſidua. Propter hoc igitur declaratur: ꝙ horizon ſecat etiam partes orbis ſignorum in duo media. quoniam vnaqueqꝫ medietatū duarum orbis apparet integra ſupra terram ſemel: ⁊ occultatur ſub ea ſemel. ❡ Sūma v̊o eius qđ accideret: niſi locus terre eſſet ſub linea equationis diei: ſed eſſet inclinata ad vnum duorum polorum: ad ſeptētrionē. ſ. aut ad meridiem: eſt ꝙ non eſſet vmbra inſtrumentorum orientalium in equalitate diei cum vmbra inſtrumentorum occidentalium ſupra vnam lineam rectam ſuper ſuperficies equidiſtantes horizonti. Nos autem videmus eorum equalitatem ſupra vnam lineam i omni loco. Et ex hoc demōſtratur ꝙ non affirmatur ſermo dicentis: ꝙ locus terre eſt tertius trium quos diximus. Quicquid enim accidit contrarium ei quod videmus in duobus locis primis: adunatur in tertio. Dico autem confidenter: ꝙ alteraretur ⁊ omnino mutaretur totum qđ apparet ex menſuratione augmenti ⁊ diminutiōis in nocte ⁊ die: ſi locus terre non eſſet mediꝰ. Neqꝫ eēnt eclypſes lunares in omnibus plagis celi in oppoſitione ſolis ⁊ lune ſupra diametrū. Multotiens enim nō obumbraret eā terra in trāſitu oppoſitionis: neqꝫ niſi in ſpacijs que eſſent minora medietate circuli.

¶ Capitulum sextum De eo qđ indicat q terra sit vt punctum apud celum.



Aius quo scitur q terra fm sensum quātū ad spaciū qđ peruenit a centro totius ad orbē stellarū fixaꝝ sit sicut punctum: est q magnitudines quantitatum stellarū: ⁊ interuallorū que inter eas existunt: videntur in omnibus plagis celi vbicūq₃ terrarū in eadem hora equales ⁊ similes. queadmodum inuenimus considerationes que sunt in diuersis climatibus non diuersas neq₃ in aliquo decipientes. ¶ Instrumētis quoq₃ vmbrarum que ponuntur in quibuslibet plagis terre: ⁊ in centris orbiū qui sunt ex armillis similibus vero centro terre in potentia: apparēt que videnł ⁊ reuolutio vmbre ⁊ motus eius ad omnem partē similia rebus apparentibus absq₃ deceptiōe: ac si ipsa trāsirent supra punctū medij terre. ¶ Manifestius autem indicium q hoc sit sicut diximus est: q superficies que egrediuntur a nostris visibus vbiq₃: que nominantur horizontes: semper secant spheram celi in duo media. hoc autem impossibile esset: si magnitudo terre sensibilis foret quantum ad celeste spacium. Neq₃ nisi superficies que transit super centrum terre solum secaret orbem in duo media. Superficies vō que transiret super quemlibet locum superficiei terre alium: faceret semper partes que essent sub terra maiores eis que supra ipsam eēnt. Sed non sic videtur. ergo ⁊c̄.

¶ Capitulum septimum De eo qđ indicat q terra motum localem non habeat.



Uemadmodū in pcedentibus oñdimus q terra nō egredit a cētro: ita declarabit: nō esse possibile vt terra ad aliquam suarum plagarum moueatur: ⁊ q omnino non moueatur a loco centri. Eadem nāq₃ accidentia contingerent: que euenirent: si non mediū locus eius esset. Quapropter estimaui: q inuestigare cās motus qui est ad medium: superfluum est ⁊ vanū post illud qđ iam semel ostēsum est de hoc: q videt q terra sit in loco medij mundi: ⁊ q grauia omnia vndiq₃ ad ipsam festinanter tendant. ¶ Facilius autem quod apparet ex eis que vicinius sumuntur ad inueniendum qđ diximus: cum eo qđ iam ostensū est de hoc: q terre figura sit spherica: ⁊ locus eius medium totius: est q declinatio ⁊ motus corporum grauium proprius: ⁊ partes motus ad terrā in omni hora ⁊ in omni loco sunt fm rectos angulos sup superficiem fixam contingentem rem cadentem. Manifestum est autem postq̄ hoc est fm q diximus: q tendentia ad terram motu suo peruenenirent ad centrum: nisi esset q terre superficies recipit ea: ⁊ secat ante hoc. ⁊ etiam quoniā linea recta que presecando peruenit ad centrum: semper orthogonaliter existit supra superficiem sphere celestis cōtingentis lineam. ¶ Qui aūt existimauerīt mirabile esse: vt cū corpus terre supra rem aliquam non sit situm: stet ⁊ non summergatur nec inferius descendat pp̄ter sue grauitatis magnitudinē vel multitudinem: errauerunt eo q posuerunt considerationem fm q eis accidit: ⁊ non fm q proprietati totius accidit. Qꝫ si concederent q magnitudo terre cum comparatur ad magnitudinem totius corporis ipsam continentis: est eius quātitas ad ipsum sicut punctum: nō affirmaretur eorum miraculū. Uiderent enim q hoc modo est possibile: vt illud quod est in vltimitate paruitatis fm comparationem ad id quod est in vltimitate magnitudinis: sit contentum: donec in loco suo remaneat. pp̄ter hoc q illud quod est in vltimitate magnitudinis: sustētat qđ in circuitu eius est: qđ est in vltimitate paruitatis vndiq₃ ⁊ impellit equaliter ⁊ similiter. Mundus enim in seipso neq₃ superius habet neq₃ inferius. quare nullū eorum que in ipso sunt: dicendum est esse supra ipsum: neq₃ sub ipso. quemadmodum nihil eorū que in sphera sunt dicitur. Naturalium autem que in ipso sunt: possibile est vt sit motus fm quantitatem eorū nature propriā: videlicet leuia ⁊ subtilia: cum sint ex eis que ascēdunt ⁊ eleuātur: sit eorum motus ⁊ intentio ad superiora sicut egrediētis ad circūferentiam. Et omnis qđ quidem ad superiora capitis nostri tendit (quod nominatur superius) est intētio ⁊ motus ad superficiem continentem. Spissorum vō ⁊ grauium intentio ⁊ motus sit ad medium ⁊ centrum. ⁊ estimatur vt eorum intentio ⁊ casus sit ad inferiora. Quod enim pedibus nostris subest (quod nominatur inferius) est ad centrum terre. Quapropter motus vere fortiores sunt: ⁊ aggregant mota: ⁊ stant fixa in medio ex sustentatione ⁊ coangustatione vel fulcimento ⁊ impulsione eorum adinuicem ab omnibus partibus equaliter ⁊ similiter. Quare sit vt res graues etsi sint parue: consequantur terram: q̄uis ipsius sit magna quantitas apud quantitatē eius quod ad ipsam tendit. cum ipsa sit fixa: recipiens totū qđ ad eam cadit ex omnibus partibus. ¶ Qꝫ si terre ⁊ reliquorum corporum grauiū que sunt preter eam esset motus vnus cōis: terra propter superfluitatem sue molis ⁊ grauitatis vinceret oīa grauia que sunt preter ipsam: ⁊ inferius iret. ⁊ remanerent animalia ⁊ relique species grauium sita in aere. et terra velociter omnino caderet: ⁊ pertransiret celum soliū. Tamē

imaginari hoc ⁊ eius simile est derisio ⁊ illusio imaginantis ipsum. ¶ Quidam vero hominū cum estiment ab eis nihil bene responderi posse quod istorum refellat sermonem: concedūt ⁊ existimant: ꝙ si affirmauerint ꝙ celum sit fixum nō motum: ⁊ ꝙ terra moueatur super axē vnum ab occidente ad orientem: ⁊ reuoluatur quaqꝫ die semel. Aut ꝙ celū ⁊ terra simul moueantur: quātum mouentur: illud tamen sit supra axē vnum tm̄: quemadmodum diximus: ⁊ sm̄ quantitatem qua vnum eorum consequitur alterum: non erit aliquid refellens eorum sermonem: ⁊ destruens eorum testimoniū. Ad hoc autem perducti fuerunt: quoniam ꝓpter id quod in stellis apparet: non est impossibile quin sit hoc sm̄ ꝙ dixerunt sm̄ acceptionem absolutam. Propter hoc vero quod nobis contingit ⁊ in aere apparet: declaratur ꝙ eorum sermo est stultitia maior que esse potest. ¶ Qꝛ si nos concederemus eis quod est contrariū nature. s. vt leue subtile similium partium: aut nullo modo moueatur: aut moueatur motu non diuerso a motu qui sm̄ naturam ei est contrarius. tunc manifestissime declararetur: ꝙ motus eorū que sunt in aere sublimi subtili: velocior esset omnibus terrenis. ¶ Et si concederemus eis etiam vt motus grauis: spissi: diuersarum partium: proprie sit velox equalis. tunc iam etiam declararetur ꝙ terrena forsitan non possent ⁊ non essent preparata se adinuicem mouere. ¶ Preter hec quoqꝫ affirmant: ꝙ motus terre velocior existat omnibus motibus qui sunt supra ipsam: propter ipsius reuersionem ad locum suūꝫ in tam breui hora. Quod si ita esset: aer semper sentiretur moueri motu contrario motui terre. neqꝫ videremus nubes semper transire ad orientem: neqꝫ aliquā auium: neqꝫ aliquid eorūꝫ que in aere iaciūtur: propterea ꝙ terra consequeretur omnia semper ⁊ vinceret ea velocitate sui cursus ad orienteꝫ. Et existimaret ꝙ omnia que sunt preter ipsam: semper irent ad partē occidentis. ¶ Si autem dixerint aerem cum terra moueri motu ipsius velocitati equali. tūc existimatio tarditatis motus naturaliū que sunt in eo a duobus motibus simul nō erit minor existimatione prima. ¶ Qꝛ si dixerint ꝙ illa naturalia fixa aeri coniuncta ac si essent solidata cum eo mouētur. tunc iam consequetur ea: ne videantur antecedentia neqꝫ subsequentia: sed sint semper fixa: ⁊ non habeant alterationem. neqꝫ in aere stantia alarum motione. Neqꝫ moueantur localiter: neqꝫ in eorum motu: neqꝫ in eorum volatu: neqꝫ in eorum iactu: ⁊ eorūꝫ casu. Nos autem videmus manifestissime: ꝙ nunquā alicui eorum est necessaria velocitas neqꝫ tarditas propter motum terre. ¶ Hos vero modos oportuit necessario antecedere diuisiones doctrinaliū: ⁊ partes eorū: ⁊ que consequentur ea post hoc. In eis autem que de eis diximus: sicut capitula ⁊ principia sufficiētia est. Et nos declarabimus ea ⁊ confirmabimus per ea que eis attestantur de his que videntur. ⁊ demonstrabimus in sequētibus huius libri nostri per demonstrationes: ⁊ ex conuenientia eorum cum rebus apparentibus.

¶ Capl'm octauū Quo declaratur ꝙ primi motus qui sunt in celo sunt duo.




Ost hec q̄ p̄diximus vere oportet vt ex sūma que antecessit: sint etiā primi motus celi duo. Quoꝝ vnus est: q̄ mouet totū semꝑ ab oriēte in occidentē vno modo: ⁊ reuolutōibus eq̄lis velocitatis: super orbes adinuicem equidistantes: quos duo poli sphere celestis reuoluūt: qui totum sm̄ equalitatem reuoluunt. Horum autēꝫ orbiū maximus noiatur orbis equationis diei: propterea ꝙ orbis horizōtis maior ipsum secat solūmodo in duo eque media semꝑ i omnī loco inter reliquos equidistantes. Cum ergo sol super ipsum voluitur: equantur dies et nox: ⁊ sm̄ sensum vbiqꝫ terrarum equantur. ¶ Alter vero motus est qui mouet orbem stellarum currentium contra motum primum: videlicet ab occidente in orientem supra duos alios polos: ⁊ non supra polos eius. ¶ Nos autem non affirmamus quod posuimus: nisi quoniam cum consideramus omnia que in celo sunt quaqꝫ die: videmus ea sensibiliter in vna die oriri: ⁊ mediare celum: ⁊ occidere super loca in forma similia: ⁊ orbi equationis diei equidistantia. Et hec quidem est proprietas motus primi. ¶ Motum vero secundum intelligimus ex eis que post hoc videmus in considerationibus succedentibus. Videmus enim stellas que sunt preter currentes: manentes proprietate locorum suorum. ⁊ interualla que sunt inter eas sunt fixa cum motu primo. Solem vero ⁊ lunam ⁊ stellas erraticas videmus habere cum motu primo motus diuersos: non equales. ⁊ eos omnes ad oriētē: ad partes stellarum fixarum ⁊ spacia que sunt inter eas: quasi illud qd̄ illas reuoluit sit orbis vnus. Qꝛ si motus planetarum ⁊ solis ⁊ lune essent supra orbes equidistantes orbi equationis diei. s. supra duos polos motus primi: esset in affirmādo motū vnū ad totū mouēdū sufficientia. Nos quoqꝫ verisimile videremus: vt eorum motus non dicerentur diuersi nisi sm̄ existimationem: ⁊ nō vt haberent motus diuersos. Nos vero videmus eos cum motibus eorum ad orientem habere motus ad septentrionem ⁊ meridiē semper. ⁊ videmus quantitatē interuallorūꝫ eorum que sunt in eis diuersam. et fere existimamus ꝙ illa eorum declinatio que est in eis: fit ꝑ res ipellentes eos ⁊ necessario ad eā ducentes. Propter hūc ergo existi-

mationem sunt diuersi absq; mẽsuratione. Scd̃m affirmationez ṽo nostram: ꝙ hoc fit propter orbem decliuem ab orbe equationis diei: in quo motus mensurãtur: est possibile vt videamus eos habere mot⁹ diuersos in eis que sentiũtur: ipsi tñ in se non sunt diuersi. Quapropter scimus ꝙ orbis hic decliuis solus proprie ſm terminum currentibus est attributus. ⁊ ꝙ sol motu suo ad orientem signat ipsum ⁊ verificat. Et ab vtraq; parte huius circuli ⁊ super ipsum est transitus lune ⁊ quinq; erraticarum. ⁊ earum transitus a septentrione ad meridiem: ⁊ a meridie ad septentrionez semper redeuntes. Neq; aliqua earum quantitatẽ spacij sibi attributi in duabus partibus ab vtraq; parte orbis decliuis parum etiã ptransit. Hic autem orbis non videtur nisi magnus: propterea ꝙ sol ipsuz penetrat ab orbe equationis diei duobus spaciis equalibus ad septentrionem ⁊ meridiem. Motus ergo omnium stellarum currentium: ad orientez sunt: in orbe vno determinato: quemadmodum diximus. Et necessarium est vt affirmetur: ꝙ hic motus qui est super duos polos orbis decliuis: cuius inuentionem comprehendimus: fit scd̃s a motu vniuersali primo: ⁊ ꝙ ipse est contra ipsum. ¶ Q; ⁊ si imaginemur orbes magnos descriptos super polos horum duorum orbium quos prediximus: scilicet equationis diei ⁊ orbis decliuis: tendentes in latitudinem a meridie ad septentrionem. quos eorum poli reuoluunt ab oriente ad occidentem. ⁊ quos necessario cõuenit secare orbẽ equationis diei ⁊ decliuem ab eo in duo media ⁊ duo media ⁊ ortogonaliter. reperiemus quatuor puncta: super que secãt decliuez. duo quorum sunt illa super que secat ipsum orbis equationis diei. quorũ vnumquodq; alteri opponitur. que vocãtur equãtia diem. Quorum vnum est super quod transit sol a meridie ad septentrionem nominatum vernale. ⁊ alterum super quod transit sol a septentrione in meridiem: ⁊ vocatur autumnale. Reliqua ṽo duo puncta sunt: super que orbem decliuem secat orbis magnus descriptus super polos duorum orbium. quorum etiam vnumqđq; alteri opponit̃. Et vnũ eorum qđ est ad id qđ sequitur meridiem ab orbe equationis diei: nominatur tropicus hyemalis. ⁊ alterũ qđ est ad id quod sequitur septentrionẽ ab orbe equationis diei: nominatur tropicus estiualis. ¶ Sciamus autẽ ꝙ motũ vnũ primũ vniuersalẽ cõtinentẽ omnes motus alios (qui est ille quẽ prediximus) comprehẽdit ⁊ determinat orbis magnus signatus supra polos duorum orbium motu suo: ⁊ mouet omnia que sunt eius ab oriente ad occidentem super duos polos orbis equationis diei: qui sunt quasi fixi in orbe meridiano. Qui ꝑ hoc tñ qđ narrabo differt ab orbe quẽ prediximus: quẽ poli duorum orbium reuoluũt. quoniam nullo modo ipsum duo poli orbis decliuis in aliqua hora voluunt. ⁊ qm̃ ipse ortogonalr̃ ẽ supra horizõta. Et nominat̃ orbis meridiei: qm̃ ipse secat vnãquãq; duarũ medietatum sphere celestis que est super terraz: ⁊ que est sub ea in duo media: ⁊ mediat tpa noctis ⁊ diei: ⁊ stat locus eius semꝑ. ¶ Motum ṽo secũdum plurũ cõnexionum continet motus primus. ⁊ ipse cõtinet orbes stellarũ currentiũ. sed mouet eos motus primus quẽadmodum diximus ab oriente in occidentẽ. ⁊ ipse mouetur cõtra hoc supra duos polos orbis decliuis: qui sunt fixi sicut duo cẽtra semper in orbe qui comprehendit motum primum: ⁊ terminat ipsum: descriptus supra duos polos duorum orbium qui cũ eo vere mouent̃: sed manent fixi in motu scd̃o qui est contra primũ. quorum loca sunt orbis magni ab eis reuoluti: decliuis ab orbe equationis diei: declinatione que semper vna existit.


¶ Capitulum nonum De scientia quantitatis chordarum partium circuli.




Umma vero p̄ncipioꝝ que oportuit nos incipere ⁊ premittere: est ſm ꝙ narrauimus. Qm̃ ṽo volumus incipere a demõstratiõib⁹ que sũt sup particulares. Quaꝝ prima est demõstratio qua reperitur quãtitas arcus qui est iter duos polos: quos nominauimus circuli magni signati supra polos duoꝝ orbiũ: Uidem⁹ ꝙ necessario oportet nos prius loqui de sciẽtia quantitatum chordarum partium circuli: postq̃ volumus declarare demonstrationez super hoc quod narraturi sumus per lineas: ⁊ facere post hoc vt leuior sit inuentio partis cuius volumus scire quãtitatẽ per tabulas. ¶ Diuidã itaq; circuli circũferentiam per. 360. partes: et ponam superfluũ arcuum in eis ſm augmentum medietatis ⁊ medietatis partis: ⁊ corã ipsis quantitatem chordaꝝ que eis subtendũtur. Et diuidam diametrũ circuli in. 120. partes: ad hoc vt nobis declaret̃ eius leuitas in numeris. Prius tamen q̃ breuioribus capitulis postero ad protractionẽ vel inuentionẽ eius quod volumus velocioribus demonstrabo: qualiter per ea sciamus quantitatem chordaꝝ. ad hoc vt non tñ sint posite nobis in tabulis: ⁊ ignoremus de eis inuentionẽ mẽsurationis ⁊ numerationis. sz cũ positiõe eaꝝ in tabulis demõstrabimus scientiã quantitatũ earũ: vt facilius fiat qđ est ex capitulis sciẽtie numerationis ⁊ mensurationis. Et assumemus numerum. 60. in omnibus que operaturi sumus ex capitulis arithmetice: vt alleuietur operatio in fractionibus. ⁊ sequemur in omni multiplicatione ⁊ diuisione ad sciendum cuius quãtitatis veritatem volumus: ei propinquiorẽ.




⁊ ita ne quod ex eo deest: quantitatis sit sensibilis. ℭ Sit itaq3 primu3 semicirculus a.b.g. erectus supra diametrū.a.d.g.circūductus supra centrū.d. protrabam autem a d.supra lineam.a.g.orthogonaliter lineam.d.b.⁊ diuidam. d.g.in duo media supra punctum.e.⁊ producam lineam.b.e.sitq3 linea.e.r.equalis linee.e.b. ⁊ protrabam lineam.b.r. Dico ergo q linea.r.d.est latus decagoni.⁊ linea.b.r.est latus pentagoni.Quod sic probatur. Quoniam d.g. diuiditur in duo media super.e. ⁊ adiungitur ei linea.d.r. ergo ductus.g. r. in.r.d. cū quadrato.e.d.equatur quadrato linee.e.r.que est equalis. b.e.duo vo quadrata.d. b.et e.d.simul equantur.e.b.quadrato.Quapropter ductus.g.r.in.r.d.cum quadrato.d.e.equatur duobus quadratis.d.e.et.d.b.simul.Cum ergo minuit ex vnoquoq3 eoru3 quadratum d.e.remanet ductus.g.r.in.r.d.equale quadrato.d.b.que est equalis.g.d. Et quia cum latus hexagoni ⁊ latus decagoni : que sunt in circulo vno: sunt linea vna: ipsa diuiditur s̄m proportionē habētē mediū ⁊ duo extrema.⁊.d.g.q̄ est medietas diametri:est latus hexagoni:erit.d.r.latus decagoni. Et similiter quoniā latus pentagoni pōt supra latus hexagoni cum latere decagoni:q sunt in vno circulo: ⁊ angulus.b.d.r.trianguli.b.d.r.est rectus:erit quadratum.b.r.equale quadrato.b.d.que est latus hexagoni:⁊ quadrato.d.r.que est latus decagoni simul:⁊ erit.b.r.latus pētagoni. ℭ Et q2 diametrū circuli diuisimus in.120.partes.ergo propter hoc quod premisimus erit linea.d.e.30.partes:⁊ erit quadratū eius. 900. Et erit linea.b.d.postq̄3 ipsa est medietas diametri.60.partes: ⁊ eius quadratu3.3600.Et quadratū.e.b. qd̄ est quadratū.e.r. que sunt in circulo vno.4500.ꝓpter hoc ergo erit.e.r. 67.partes.⁊.4.minuta.⁊.55. secunda vicinius.⁊ remanebit linea.d.r.s̄m illas partes.37. partes ⁊.4.minu.⁊.55.2̄.vicinius.ipsa vo est equalis lateri decagoni. Latus ergo decagoni quod subtenditur arcui.36. partiū s̄m quantitatē qua circulus est.360.partes erit. 37. partes.⁊.4.minuta ⁊.55.2.vicinius:s̄m quātitatē qua diameter est.120.partiū.Et etiā q2 linea.d.r.est.37.partes ⁊.4.minuta.⁊.55.2̄.⁊ eius quadratū est.1375.partes.⁊.4.minu.⁊ 14.scd̄a.⁊ q̄dratū.d.b.est.3600.⁊ cū hec duo cōiungent̄:erit ex eis q̄dratum.b.r.quod est 4975.partes.⁊.4.minuta.⁊.14.scd̄a. ergo propter hoc erit lōgitudo linee.b.r.s̄m illā quātitatem.70.partes. ⁊.32.minuta ⁊.3.2̄.vicinius. Ipsa autem est equalis lateri pentagoni. Quapropter latus pētagoni:quod est chorda ꝑtiū.72.s̄m quātitatē qua circulus est.360. erit.70.partes.⁊.32.minuta.⁊. 3.2̄.s̄m quātitatē qua diameter est.120. ℭ Jam ergo manifestum est:q latus hexagoni quod subtēditur arcui.60.partiū: ⁊ est medietas diametri: est.60.partes.Et similiter etiam quia latus quadrati quod subtenditur.90.partibus est in potentia duplum medietatis diametri. Et latus trianguli quod subtendit̄.120. est in potentia triplum medietatis diametri. Et quadratū medietatis diametri est.3600.ergo fiet quadratū lateris quadrati.7200.⁊ quadratum lateris trianguli.10800. Quapropter erit lōgitudo chorde arcus.90.ꝑtiū.84.partes.⁊.51.minuta.⁊.10.2̄.vicini⁹:s̄m quātitatē qua diameter est.120.Et erit longitudo chorde arcus.120.s̄m eandem mensurā.103. partes ⁊.55.minuta.⁊.23.2̄.




Jam ergo facile nouim⁹ hax chordax quātitates i seipsis.Et declarabit̄ nobis:q2 cū he chorde scite fuerit:scient̄ ꝑ eas facile opatio chordax que subtēdunt̄ arcub⁹ residuis semicirculi. Qm̄ duo q̄drata duax chordax simul eq̄lia sunt q̄drato diametri circuli. Uerbi grā. Jam ostēsum est q chorda arcus.36.partiū est.37.ptes ⁊.4.minuta.⁊.55.2̄.⁊ quadratū ei⁹ est.1375.partes.⁊.4.minuta. ⁊.14.2̄. ⁊ quadratū diametri.14400. Et quadratū chorde residui semicirculi: qd̄ est.144.⁊ est residuu3 quadrati diametri est.13024.partes.⁊.55.minuta.⁊.46.2̄. Longitudo ergo chorde residui semicirculi est.114.partes.⁊.7.minuta.⁊.37.2̄.vicinius:s̄m illa3 quantitatē. Et similiter sciemus per chordas reliquas notas chordas arcuū reliquox semicirculi.



Et post ea que narrauimus in dictione prima Almagesti de forma totius: ⁊ cõmunitate eorũ que sunt in ea sicut ꝑncipia ⁊ antecedentia: ⁊ que necessitas sit eius: ⁊ que estimauimus vtilia in hac scientia ex eis que accidunt in orbe recto: Studebimus vt ostendamus etiam in sequentibus plurimũ eorum que accidunt in orbe decliui prout leuius possibile est. ¶ Et hic quoq; sũma eius qđ ꝑmittendũ est: est ꝙ terra diuiditur i quattuor q̃rtas: quas separat orbis equationis diei: ⁊ vnus orbium descriptorũ supra polos eius. ⁊ ꝙ vna quartarum duarũ septẽtrionaliũ cõtinet fere totã terrã habitabilem quã scimus. Illud autem duobus modis declaratur. Quorũ vnus est propter latitudinem: que est spacium quod est a meridie ad septentrionem. quoniam vmbre instrumentorum quibus fit consideratio in equalitate noctis et diei in medietatibus diei in omni loco declinatio erit ad septentrionem: neq; vnq̃ declinabit ad meridiem. Alter vo propter longitudinem: que est spacium quod est ab oriente ad occidentem. quia eclypses: ⁊ precipue lunares: que sunt in hora vna: vident illi qui habitant in extremitate orientis terre habitabilis quam scimus: ⁊ in extremitate occidentis eius non antecedentes neq; subsequentes plus duodecim horis equalibus. Totum vo spaciũ quarte in longitudine est

duodecim horarū. qm̄ vna duarū medietatū orbis equationis diei cōprehēdit ipsum. Diuisiones aūt quas oportet nos scire: ⁊ qḋ estimamus ɔueniēs ei qḋ est necessarium in hoc libro: sunt scientia eius quod accidit in locis habitabilibus: que sunt sub vnoquoqꝫ orbium eq̄distātiū ⁊ equidistātiū orbi eq̄tiōis diei. Et hoc est quāta sit lōgitudo duoꝝ polorū sphere p̄me ab horizōte. Aut quāta sit lōgitudo pūcti: qḋ est supra summitatē capitū in orbe meridiei: ab orbe equationis diei. Et in quibus locis currat sol supra summitatē capitū: ⁊ quando ⁊ quotiens fit illud. Et que sit proportio instrumentorum ad vmbras suas: per que consideratur in equalitate diei ⁊ in duobus tropicis in medietatibus diei. Et quantum addat dies lōgior: ⁊ minuat dies breuior de die equali. Et preter hoc que sint augmēta: ⁊ diminutiones que accidūt nocti ⁊ diei. Et que sint diuersitates eius cum quo eleuatur equator diei ⁊ orbis declinis: ⁊ cū quo occultātur ambo. Et que sint proprietates anguloꝝ prouenientiū ex sectione orbiū maioꝝ: ⁊ magnitudines eorū: ⁊ oīa que ex eis ɔtingūt ⁊ que in eis accidūt.


¶ Capitulum secundū Qualiter sciātur quātitates arcuū circuli horizontis: qui sunt inter orbē eq̄tionis diei ⁊ orbē declinē pp̄ quātitatē diei lōgioris cū fuerit datus: ⁊ ecōuerso.

Uius itaqꝫ exemplum ponam lineam que est supra rhodū equidistantem orbi equationis diei vbi est altitudo poli. 36. partes. ⁊ in quo dies longior. 14. horas ⁊ medietatē hore ex horis equalibus habet. Et describam propter hoc meridiei orbem supra quē sint. a. b. g. d. ⁊ describam in eo medietatē circuli horizontis orientalis: supra quā sint. h. e. d. ⁊ medietatem orbis equationis diei: supra quā sint. a. e. g. ⁊ signabo supra polum meridianum. r. ⁊ supra ortum tropici hiemalis orbis signorū. h. ⁊ describā supra duo puncta. r. et. h. arcum. r h. t. ⁊ ponam longitudinē diei longioris: ⁊ inquiram quantitatem arcus. e. h. circuli horizontis. Et q2 reuolutio sphere nō est nisi super duos polos equationis diei: Tūc manifestum est: ꝙ duo puncta. h. ⁊. t. cadunt simul in tempore vno super arcum. a. b. orbis meridiei propter motum sphere. Tempus autem puncti. h. qḋ est ab oriente ad mediū celi qḋ supra terram est: est quātitas arcus. t. a. tēpus vͦo a medio celi sub terra ad oriēs: est quantitas arcus. g. t. ⁊ sequitur hoc vt sit tēpus diei quantitas dupli arcus. t. a. ⁊ tempus noctis existat quātitas dupli arcus. g. t. Sectiones enī orbiū eq̄distantiū orbi equationis diei separate sūt supra terram ⁊ sub terra. eo ꝙ orbis meridiei secat eos omnes in duo media ⁊ duo media. Quapropter erit arcus. e. t. qui est medietas superflui qḋ est inter longiorē diem vel breuiorem ⁊ inter equalitatem: hora ⁊ quarta hore: in loco huius linee: ⁊ illud est. 18. tempora ⁊. 45. minuta. Arcus aūt residuus ad cōplēdam quartam: qui est. t. a. erit. 71. tempora ⁊. 15. minuta. Scd̄m ergo ꝙ iam precessit ex declaratione: iam secant se inter duos arcus orbium maiorum: qui sunt. a. e. ⁊. a. r. duo arcus e. h. b. ⁊. r. h. t. supra. h. ergo proportio chorde dupli arcus. e. a. ad chordam dupli arcus. a. t. aggregatur ex duabus proportionibus. ex proportione chorde dupli arcus. t. r. ad chordam dupli arcus. r. h. et ex proportiōe chorde dupli arcus. h. b. ad chordā dupli arcus. b. e. Duplū aūt arcus. t. a. est. 142. partes ⁊. 30. minuta. ⁊ eius chorda est. 113. partes ⁊. 37. minuta et 54. secūda. ⁊ duplū arcus. a. e. est. 180. partes ⁊ ei9 chorda. 120. Duplū quoqꝫ arcus. t. r. est 180. partes. ⁊ eius chorda. 120. partes. ⁊ duplum arcus. r. h. est. 132. partes ⁊. 17. minuta ⁊. 20. secūda. ⁊ eius chorda. 109. partes ⁊. 44. minuta. ⁊. 53. secunda. Cum ergo proieceris eas ex proportione. 113. partium ⁊. 37. minutoꝝ ⁊. 54. secundoꝝ ad. 120. proportionem 120. ad. 109. partes ⁊. 44. minuta ⁊. 53. secunda: remanebit proportio chorde dupli arcus h. b. ad chordam dupli arcus. b. e. que est proportio. 103. partiū ⁊. 55. minutorum ⁊. 23. secundorū ad. 120. Chorda vͦo dupli arcus. b. e. qm̄ ipse est quarta circuli est. 120. ergo chorda dupli arcus. h. b. fere s̄m illas partes est. 103. partes ⁊. 55. minuta ⁊. 23. secunda: quapropter erit duplum arcus. h. b. 120. partes. ⁊ arcus. h. b solum s̄m illas partes. 60. partes. remanet ergo arcus. e. h. s̄m illas partes. 30. partes: s̄m quantitatem qua circulus horizon est. 360. partes. Et hoc est qḋ oportuit nos demonstrare.

¶ Capitulum tertium Qualiter sciatur altitudo poli propter hos arcus cū ponūtur: ⁊ propter quantitatem diei longioris cum fuerit datus: ⁊ econuerso.


Jt ergo illud datū. ⁊ inuestigemus inuentione altitudinis poli: que sit arcus. b. r. orbis meridiei. Erit ergo in hac forma proportio chorde dupli arcus. e. t. ad chordā dupli arcus t. a. aggregata ex duabus proportionibus. ex proportiōe chorde dupli arcus. e. h. ad chordam dupli arcus. h. b. et ex proportione chorde dupli arcus. b. r. ad chordā dupli arcus. r. a. Duplum vͦo arcus. e. t. est. 37. partes ⁊. 30. minuta. ⁊ eius chorda est. 38. partes ⁊ trigintaquattuor minuta ⁊. 22. secunda. ⁊ duplū arcus. t. a. est. 142. partes ⁊. 30. minuta. ⁊ chorda eius. 113. partes ⁊. 37. minuta ⁊. 54. secunda. Duplū quoqꝫ arcus. e. h. est. 60. partes. ⁊ chorda eius. 60. partes. ⁊ duplū

arcus.b.b.est.120.partes.⁊ eius chorda.103.partes ⁊.55.minuta ⁊.23. secunda. Cũ ergo proiecerimus ex proportione.38.partium ⁊.34.minutorum.⁊.22.secũdorum ad.113. partes ⁊.37.minuta ⁊.54.secunda:proportionẽ.60.partium ad.103.partes ⁊.55.minuta ⁊.23.secunda:remanebit proportio chorde dupli arcus.b.r.ad chordam dupli arcus.r.a. que est proportio.70.partium ⁊.33.minutorum ad.120.partes vicinius. Chorda quoqȝ dupli arcus.r.a.est.120.partes.ergo chorda dupli arcus.b.r.ſm illam quãtitatem est.70. partes ⁊.33.minuta Quapropter erit duplum arcus.b.r.72.partes ⁊ vnũ minutũ.⁊ arcus b.r.solum ſm illam quantitatem.36.partes vicinius.



Secundum huius quoqȝ conuersionem in hac forma ponam arcum.b.r.qui est altitudo poli data triginta sex partes.⁊ inquiram inuentionẽ superflui quod est inter quantitatẽ diei longioris ⁊ breuioris:⁊ inter equalitatem.⁊ illud est duplum arcus.e.t.Quapropter erit proportio chorde dupli arcus.b.r.ad chordã dupli arcus b.a.aggregata ex duabus proportionibus.ex proportione chorde dupli arcus.r.b. ad chordam dupli arcus.b.t.⁊ ex proportione chorde dupli arcus.t.e.ad chordam dupli arcus.e.a. Duplum aũt arcus.r.b.est.72.partes.⁊ chorda eius.70.partes et.32.minuta et. 3. secũda. et duplum arcus.b.a.est.108.partes.et eius chorda est.97.partes et.4.minuta et.55. secũda.Duplum quoqȝ arcus.r.b.est.132.partes et.17.minuta et.20.secunda.et chorda eius est.109.partes et.44.minuta et.53.secunda.et duplum arcus.b.t.est.47.partes et.42. minuta et.40.secũda.et eius chorda est.48.partes et.31.minuta et.55.secũda. Cũ ergo proiecerimus ex proportione.70.partium et.32.minutoꝝ et trium secundorũ ad.97. partes et 4.minuta et.55.secunda:proportionem.109.partium ⁊.44.minutoꝝ ⁊.53.secundorum ad.48.partes et.31.minuta et.55.secũda.remanebit proportio chorde dupli arcus.t.e.ad chordam dupli arcus.e.a.que est proportio.31.partium et.11.m̃.et.33.secundorũ ad.97. partes et.4.m̃.et.55.2. Hoc nãqȝ ꝓpinquius est proportioni.38.partiũ et.34.m̃.ad.120. Chorda autem dupli arcus.e.a.est.120.fit ergo chorda dupli arcus.e.t.ſm illã quantitatẽ 38.partes ⁊.34.m̃.quapropter duplum arcus.e.t.erit.37.partes et.30.m̃.vicinius.et ipse sunt due hore et dimidia ex horis equalibus. Et illud est quod oportuit nos demonstrare.

Similiter quoqȝ sciemus arcũ b.e.horizontis.eo ꝙ proportio chorde dupli arcus r.a.ad chordam dupli arcus.a.b.datã:aggregatur ex duabus proportionibus:scilicet ex ꝓportiõe chorde dupli arcus.r.t.ad chordã dupli arcus.t.b.que est data:⁊ ex proportione chorde dupli arcus.e.b.ad chordã dupli arcus.e.b. Arcus võ.e b. est datus:remanet itaqȝ quãtitas arcus.e.b.data. ℭ Manifestũ est igit̃:ꝙ lȝ illud cuius inquiritur sciẽtia:nõ sit punctũ tropici hiemalis:qđ est.b.ſȝ sit illud qđ est de partibus circuli signorum:vt est.e.silr etiam scientur duo arcus.e.t.⁊ e.b.eo ꝙ nos iam premisimus tabulam declinationis cuiusqȝ partium orbis signoꝝ ab orbe equationis diei in orbe meridiei ⁊ illud est oppositum.b.t.ex arcubus.



Sequitur autem illud:vt orbes equidistantes orbi equationis diei:qui secant partes orbis signorum:equalis lõgitudinis a puncto cuiuslibet duorum tropicorum: secent etiam ex horizonte vtriqȝ arcus equales:in quibuscunqȝ duarum partium fuerint orbis equationis diei.⁊ fiant quantitates noctis ⁊ diei equales : omnis sex quantitas sue opposite. ℭ Et declaratur cũ hoc etiã:vt orbes equidistantes orbi equatiõis diei:equalis longitudinis a quolibet duorum punctorũ equantiũ diẽ:silr secẽt ex horizonte arcus equales ab vtrisqȝ lateribus orbis equationis diei.⁊ sint quantitates noctis ⁊ diei in illis alternate. ℭ Et hoc est:ꝙ si nos signauerimus in hac forma punctum.k. supra quod secet orbis eqdistãs orbi equationis diei:eq̃lis descripto supra.b.medietatẽ circuli horizontis:supra quã sint.b.e.d.⁊ cõpleuerimus duos arcus.b.l.⁊.k.m.qui sint due sectiões duoꝝ orbiũ equidistantium ecõtrario.quos manifestum est esse equales.⁊ descripserimus supra k.⁊ supra polũ septẽtrionalẽ:qui sit pũctũ.q.quartã orbis:supra quã sint.k.n.erunt duo arcus.a.t.⁊.n.g.equales:ideo ꝙ ipsi sunt similes arcubus duobus.l.b.⁊.m.k.quisqȝ videlicet suo relatiuo.⁊ remanebit arcus.e.t.equalis arcui.e.n.residuo.⁊ erũt duorum triangulorum e.b.t.et.e.k.n.duo latera vnius:duobus lateribus alterius eq̃lia : videlicet.e.t.equale.e.n.⁊ b.t.equale.k.n.⁊ angulus.t.equalis angulo.n.quapropter erit basis.e.b.equalis basi.k.e.Et illud est quod oportuit nos demonstrare.

ℭ Capitulum quartum Quo sciuntur prouincie in quibus sol trãsit supra summitatem capitũ illas inhabitantium:⁊ quando:⁊ quotiens fit illud.




Manifestũ est igitur ꝙ nunꝙ̃ sol curerit supra summitatẽ capitum habitãtiũ in locis que sunt sub lineis equidistantibus orbi equationis diei:que plus elõgantur ab orbe equatiõis diei ꝙ̃ sit lõgitudo puncti tropici estiualis.que est.23.partes.51.minuta ⁊.20.secũda. Supra summitatẽ võ capitũ inhabitãtiũ loca que sunt sub linea equidistãti orbi equationis diei:cuius longitudo ab equatio-

ne diei est partes iste: currit sol semel in anno: cum est in puncto tropici estiualis. Sed supra summitatē capitū inhabitātiū loca que sunt sub lineis equidistantibus equationi diei quoꝝ longitudo ab ea minor est bis ptibus: sol bis in anno currit. ❡ Qđ vo illud erit: quo leuius inuenitur a nobis est: vt intremus numerū partium longitudinis linee ab equatione diei equidistantis ei: in linea secunda tabule declinationis. ꝛ cōsideremus qđ est coram ea cōsequēter in linea prima ex numero partium quarte. Cū enim solis longitudo ab vno quoqȝ duorum punctorum equātiū diem ad partē tropici estiualis fuerit equalis illis ptibus in longitudine: tunc sol curret supra summitatē capitū eoꝝ qui sunt sub illa linea.

❡ Capitulum quintum Qualiter sciātur proportiones instrumētorum ad vmbras suas in equalitate diei: ꝛ in duobus tropicis: in medietatibus dierū: per quedā predicta: cum fuerint data.



Facilius quoqȝ quo sciūtur proportiones vmbre ad instrumēta: postqȝ iam sciuimus quantitatē arcus q̄ est inter duos tropicos: ꝛ arcus qui est inter horizontē ꝛ inter duos polos: est quemadmodum narrabo. ❡ Describam orbem meridiei: supra quē sint. a. b. g. d. supra centrum. e. ꝛ ponam pūctū quod est supra summitatem capitum. a. ꝛ protraham diametrū. a. e. g. ꝛ producam a. g. in superficie orbis meridiei lineam ortogonaliter: supra quā sint. g. k. r. n. Manifestum est igitur: qꝫ hec linea equidistat linee: que trāsit supra duo puncta: supra que se secant orbis meridiei ꝛ circulus horizon Et qm̄ quantitas totius terre: apud quantitatem orbis solis: est sicut punctum ꝛ centrum fm̄ sensum: Ponam centrum. e. caput instrumenti. ꝛ imaginabor instrumentum lineam. g. e. sitqȝ linea. g. k. r. n. supra quā cadit extremitas vmbre in medietatibus dierū. Et sit radius solis in die breuiori: ꝛ in die longiore: ꝛ in die equali trāsiens supra pūctum. e. Et sit radius solis in die equali linea. b. e. d. r. ꝛ radius eius in die longiore linea. h. e. t. k. ꝛ radiꝰ eius in die breuiori linea. l. e. m. n. Sitqȝ linea. g. k. vmbra diei lōgioris. ꝛ linea. g. r. vmbra diei equalis. ꝛ linea. g. n. vmbra diei breuioris. Et qꝛ arcus. g. d. equatur altitudini poli septētrionalis ab horizonte in hoc climate. que est. 36. partes: fm̄ quantitatē qua circulus est. 360. partes. ꝛ vnusquisqȝ duorum arcuū. t. d. ꝛ. d. m. est fm̄ illam quātitatē. 23. partes. ꝛ. 51. minuta ꝛ. 20. secunda. Ergo manifestum est: qꝫ arcus. g. t. residuus est 12. partes ꝛ. 8. minuta ꝛ. 40. secūda. Sed totus arcus. g. m. fm̄ illam quantitatem est. 59. partes ꝛ. 51. minuta ꝛ. 20. secunda. Quapropter erunt anguli qui sunt sub eis. fm̄ quātitatē qua q̄ttuor anguli recti sunt. 360. partes ita. s. erit angulus. k. e. g. 12. partes ꝛ. 8. minuta ꝛ. 40. secunda. ꝛ angulus. r. e. g. 36. ptes. ꝛ angulus. n. e. g. 59. partes ꝛ. 51. minuta ꝛ. 20 secūda. Scđm quātitatē vo qua duo anguli recti sunt. 360. partes: erit angulus. k. e. g. 24. partes ꝛ. 17. minuta ꝛ. 20. secunda. ꝛ angulus. r. e. g. fm̄ illam quantitatem. 72. partes. ꝛ angulus. n. e. g. 119 partes ꝛ. 42. minuta ꝛ. 40. secunda. Arcus ergo qui sunt portiones circuli descripti supra tres angulos: supra quos sunt. k. e. g. ꝛ. r. e. g. ꝛ. n. e. g. ortogonios: erunt sic: videlicet erit arcus qui est supra lineam. g. k. 24. partes ꝛ. 17. minuta ꝛ. 20. secunda. ꝛ ille q̄ est supra lineam. e. g. qui est id quod minuiť ex semicirculo: erit fm̄ quantitatē illam. 155. partes ꝛ. 42. minuta ꝛ. 40. secūda. Et ille qui est supra lineam. g. r. erit. 72. partes. ꝛ ille qui est supra lineam. g. e. erit fm̄ illā quātitatem. 108. partes. Et ille qui est supra lineā. g. n. erit 119. partes ꝛ. 42. minuta ꝛ. 40. secunda. ꝛ ille qui est supra. g. e. qui est id quod minus est etiā ex semicirculo. 60. partes ꝛ. 17. minuta ꝛ. 20. secūda. Scđm quantitatē ergo qua. g. k. erit. 25. partes ꝛ. 14. minuta ꝛ. 43. secunda: erit. g. e. 117. partes ꝛ. 18. minuta ꝛ. 51. secunda. Et fm̄ quantitatē qua etiam. g. r. erit. 70. partes ꝛ. 32. minuta ꝛ. 3. secunda: erit. g. e. 97. partes ꝛ. 4. minuta ꝛ. 55. secunda. Et fm̄ illam quātitatem qua est. g. n. 103. partes ꝛ. 46. minuta ꝛ. 16. secunda: erit. g. e. 60. partes ꝛ. 15. minuta ꝛ. 42. secūda. Scđm illā ergo quātitatē qua instrumentū. g. e. erit. 60. partes: erit vmbra. g. k. estiualis. 12. partes ꝛ. 55. minuta. Et erit vmbra. g. r que est diei equalis. 43. partes ꝛ. 36. m̄. fere. Et erit vmbra. g. n. hiemalis. 103. partes ꝛ. 20. minuta propinquius. ❡ Quapropter fm̄ cōuersionē declarabitur nobis: qꝫ cum due triū proportionū instrumēti. g. e. ad vmbras suas fuerint scite: quecunqȝ due fuerint: scientur per illud altitudo poli: ꝛ quod est inter duos tropicos. Qm̄ cum sciti fuerit duo triū angulorū: quicūqȝ duo fuerint scietur reliquus angulus: propter hoc qꝫ duo arcus. t. d. ꝛ. d. m. sunt equales. Uerū acceptio inuentionis vere fm̄ considerationē ad sciēdum duos arcus: in qua nō est dubitatio: est fm̄ modum quem premisimus. Scire autem illud propter proportiones instrumētorum ad vmbras suas: non est ita certum: eo qꝫ tempus vmbre equalitatis in se non est discretum. ꝛ extremitates capitum vmbrarum hiemalium in ea difficulter comprehenduntur.



❡ Capl'm sextum De modo proprietatū linearū orbiū equidistātiū orbi equationis diei.

B huius autem similitudinem in reliquis lineis equidistantibus equationi diei accipiam summã proprietatũ earum. ⁊ ponam superfluum declinationis aliarũ ab alijs quartã hore: que fit horarum equalium. in hoc nãq̧ existit sufficientia. Et narrabo summam eorũ que in eis contingunt. Et ante diuisionem huius et partitionem etiam incipiam loqui de equidistanti que est sub equatione diei: quam inuenimus finem meridiei a tota quarta terre habitabilis. Hec autẽ sola tñ facit diẽ ⁊ noctẽ in oĩbus diebus anni equales semper. qm̃ in ea tñ secat circulus horizon omnes orbes equidistantes equationi diei in duo media ⁊ duo media. Et sunt omnes portiones eorum que sunt super terram siles ⁊ equales portionibus eorum que sunt sub terra. Qđ equidẽ est qđ nõ cõtingit in aliquo eorum orbium maiorũ declinatorum ab equatiõe diei. Orbem võ equatiõis diei: qui est ex magnis orbibus: circulus horizon solum secat in duo media in omni loco terre. ⁊ equantur dies ⁊ nox in eo: ⁊ sunt equales sm̃ sensum vbiq̧ terrarum. qm̃ circulus horizon est etiam ex magnis circulis. Unumquodq̧ autem orbium ei equidistãtium ab eo declinatorum: qui sunt preter ipsum in parte habitabili: ⁊ in parte meridiei: horizon secat in duas portiones diuersas. Et erũt portiones que sunt supra terram: eorum qui sunt in parte meridiei ab eo: minores eis que sunt sub terra. ⁊ erunt dies breuioris tẽporis noctibus. Sed quecũq̧ portiões sunt ex eis qui sunt ex p̃te septẽtrionis ab eo: erũt sm̃ conuersionem eius: erũt scilicet portiones que sunt supra terram: maiores eis que sunt sub terra. Et erũt dies longioris temporis noctibus. Et vmbra huius linee equidistantis in sphera terre equatiõi diei declinat ad ambas partes. qm̃ trãsitus solis erit supra summitatẽ capitum eorum qui sunt sub ea: duabus vicibus: scilicet in duobus locis sectionum circuli equationis diei ⁊ circuli decliuis. Et tũc tñ erũt instrumenta in medietatibus dierũ nõ habentia vmbram. Quando võ fuerit cursus solis in medietate orbis signorum septentrionali: erit declinatio vmbre instrumentorum ad partem meridiei. Et cum fuerit cursus solis in medietate orbis signorum meridiana: erit declinatio vmbre instrumentorum ad partẽ septẽtrionis. Et erit quantitas vmbre estiualis ⁊ hiemalis in hoc loco sm̃ quãtitatẽ qua erit longitudo instrumentorũ. 60. partes. 26. partes ⁊ medietas partis propinquius. ¶ Totũ autem quod narrabimus in omni sermone nostro de quãtitate vmbre: nõ erit nisi de vmbra meridiei. Et nos non accipere possumus veritatem meridiei: neq̧ in duobus punctis equalitatis: neq̧ in duobus punctis duorũ tropicorũ. sed tamẽ cum nos acceperimus vmbram in his tẽporibus apud horã meridiei: erit ꝓpinquum veritati: neq̧ variabitur in aliquo: cuius quantitas sit sensibilis. Et erit cursus stellarũ: que sunt super hanc lineam: supra summitatẽ capitum eorũ qui habitant sub ea. Et clare manifestum est: ꝙ stelle celi eis oriuntur omnes ⁊ occidunt. qm̃ duo poli sphere in veritate circuli horizõtis nõ describunt orbẽ equidistantẽ eq̃tioni diei semper apparẽtem: neq̧ semper occultum: secantẽ orbẽ meridiei.
¶ Quidã aũt dicunt: ꝙ possibile est: vt illud qđ est sub hac linea equidistãte ex terra sit habitabile: ideo ꝙ eius complexio est valde bona: eo ꝙ sol nõ prolonget obumbrationẽ suam supra puncta summitatis capitum: propter velocitatem sue declinationis in latitudine ab eq̃tione diei. Et propter hoc sunt estas ⁊ hiems bone complexionis: propter breuitatem longitudinis solis a sũmitate capitũ: qñ est in vtrisq̧ tropicis. Hoc aũt qđ dicimus: est sm̃ estimationem ⁊ putaŧ. Utrũ võ illud qđ est sub hac linea habitetur: nos huius scientiã non cõprehendimus. qm̃ aliq̃s non puenit ad eam: qui sunt in nostris regionibus habitabilibus: vsq̧ ad diem hũc nostrum. Proprietates aũt que sunt sub hac linea eq̃distante circulo eq̃tionis diei: absolute dico ꝙ sunt he, q̃s narrauimus. ¶ Reliquarũ võ equidistantiũ eq̃tioni diei: in quibus possibile est scire: q̃ sint regiões ⁊ loca que sub eis habitãtur: narrabo summã ꝓprietatis cuiusq̧: ne reiteremus sermonẽ in hora omni. Stelle q̃ sunt supra sũmitates capitum in vnaquaq̧ linea earum: sunt que secant de orbe descripto supra duos polos eq̃tionis diei: arcus inter stellas ⁊ orbẽ eq̃tionis diei: equales spacio: qđ est inter lineã ⁊ orbẽ equationis diei. Et q̧ circulus semper apparens est: cuius centrum est polus equationis diei septẽtrionalis: descriptus sm̃ longitudinem altitudinis poli ab horizonte: erunt stelle quas iste continet circulus: semper apparẽtes. Stelle autem semper occulte sunt: que sunt in circulo cuius centrum est polus equationis diei meridianus: descripto sm̃ longitudinẽ depressionis poli ab horizonte.

¶ De secunda.

Linea võ equidistans secunda est: cuius longioris diei longitudo est. 12. hore ⁊ q̃rta hore: que sunt de horis equalibus. Et eius spaciũ ab equatione diei est q̃tuor partes ⁊ quarta partis fere: descripta supra insulã herbenis. que est ex lineis: i quibus declinãt vmbre meridiei ad duo latera. qm̃ sol obumbrat supra summitatem capitum eoꝝ qui sunt sub ea: bis in anno. Instrumẽta võ seu gnomones nõ habebunt vmbram in medietatibus diei: cũ fuerit spacium solis a tropico estiuali ad quãlibet duarum partium. 79. partes ⁊ me

dietas partis. Cũ ergo fuerit transitus solis et ipse in his.159.partibus:erit declinatio vm-
bre gnomonũ ad partem meridiei in medietatibus dierum. Et cũ fuerit trãsitus solis ⁊ ipse
in.201.partibus residuis:erit declinatio vmbre gnomonũ ad partem septẽtrionis in me-
dietatibꝯ dierũ.Et erit in hoc loco vmbra equalitatis quattuor partes:⁊ tertia partis:⁊ ter-
tia quarte partis vicinius:sm quantitatẽ qua erunt gnomones.60.partes. Et erit vmbra
estiualis.21.ptes ⁊ tertia ptis vicinꝯ. Et vmbra hiemalis.32.ptes vicinius. ¶ De tertia.

Linea aũt equidistans tertia est in qua longitudo diei longioris est.12.hore ⁊ medie-
tas hore.Et elongatio eius ab equatione diei est.8.partes ⁊.25.minuta:descripta su-
pra chaalingiz filisolitus. Ipsa quoqꝫ est ex lineis:in quibus declinat vmbra meridiei ad
duo latera.Et obumbrat sol supra sũmitatẽ capitũ eorũ bis in anno.Et neqꝫ gnomones ha-
bebunt vmbram in medietatibus dierũ:cũ fuerit spacium solis a tropico estiuali ad vtrasqꝫ
partes.69.ptes fere. Quapropter cũ fuerit trãsitus solis et ipse in his.138.partibus: erit de-
clinatio vmbre gnomonũ ad partem meridianã in medietatibus diei. Et cũ fuerit trãsitꝯ eiꝰ
⁊ ipse in.222.partibus residuis:erit declinatio vmbre ad partẽ septẽtrionis. Et erit in hͦ lo-
co vmbra equalitatis.8.partes ⁊ medietas ⁊ tertia ptis.Et vmbra estatis.16.partes:⁊ me-
dietas:⁊ tertia quarte partis fere.Et vmbra hiemis.37.partes ⁊ medietas ⁊ tertia:⁊ tertia
quinte partis fere. ¶ De quarta.

Linea equidistans q̃rta est:in qua longitudo diei longioris est.12.hore ⁊ medietas ⁊
quarta hore.Et eius elõgatio ab equatione diei est.12.partes ⁊ medietas partis:de-
scripta supra chaalingiz filisolitus.Et ipa etiam est ex lineis:in quibus declinat vmbra me-
ridiei ad vtraqꝫ latera.Et obumbrat sol supra summitatẽ capitũ eorum qui sunt sub ea:bis
in anno.Et neqꝫ gnomones in medietatibus diei habebũt vmbram:cum fuerit elongatio
solis a tropico estiuali ad vtrasqꝫ partes.57.partes ⁊ due tertie partis. Quapropter cũ fue-
rit trãsitus solis ⁊ ipse in his.115.partibus ⁊ tertia partis:erit declinatio vmbre gnomonũ
ad partem meridiei.Et cũ fuerit trãsitus solis ⁊ ipse in.244.partibus ⁊ duabus tertiis par-
tis residuis:erit declinatio vmbre gnomonũ ad partem septẽtriõis.Et erit vmbra equalita-
tis.13.partes ⁊ tertia partis fere.Et vmbra estatis.12.partes ⁊ tertia quinte partis fere.Et
vmbra hiemalis.44.partes ⁊ sexta partis fere. ¶ De quinta.

Linea equidistans quinta est:in qua longitudo diei lõgioris est.13.hore.⁊ eius elõ-
gatio ab equatione diei sedecim partes ⁊.27.minuta:descripta supra insulã maroe
Que etiã est ex lineis:i quibꝰ vmbra meridiei ad vtraqꝫ latera declinat.Et obumbrat sol su-
pra sũmitatẽ capitũ eorum qui sunt sub ea:bis i anno.Et neqꝫ gnomones in medietatibus
diei habent vmbram:cũ fuerit elongatio solis a tropico estiuo ad duas partes.45.partes.
Quapropter cũ fuerit trãsitus solis ⁊ ipse in his.90.partibus:erit declinatio vmbre gnomo-
num ad partem meridiei.Et cum fuerit transitus solis ⁊ ipse in.270.partibus residuis:erit
declinatio vmbre ad partẽ septẽtrionis.Et erit vmbra eq̃litatis.17.partes ⁊ medietas ⁊ q̃r-
ta partis.Et vmbra estiua septem partes ⁊ medietas ⁊ quarta partis. Et vmbra hiemalis
51.partes. ¶ De sexta.

Linea v̊o equidistans sexta est:in qua longitudo diei longioris est.13.hore ⁊ quar-
ta hore.Et eius elõgatio ab equatione diei est.20.partes ⁊.14.minuta:descripta su-
pra thebatin. Que etiã est ex lineis:i q̃bꝰ vmbra meridiei declinat ad vtraqꝫ latera.Et obũ-
brat sol supra summitatẽ capitũ eoꝝ qui sunt sub ea:bis in anno. Et neqꝫ gnomones in me-
dietatibus diei habebunt vmbram:cum fuerit elongatio solis a tropico estiuali ad vtraqꝫ la-
tera.31.partes.Quapropter cum fuerit transitus solis ⁊ ipse in his.62.partibus:erit decli-
natio vmbre gnomonũ ad partẽ meridiei. Et cũ fuerit trãsitus solis ⁊ ipse in.298.partibꝰ
residuis:erit declinatio vmbre gnomonũ ad partẽ septentrionis.Et erit vmbra equalitatis
22.ptes ⁊.8.minuta.Et vmbra estiua.3.partes ⁊ medietas partis ⁊ q̃rta partis.Et vmbra
hiemalis.58.partes ⁊ sexta partis. ¶ De septima.

Linea equidistãs septima est:in qua longitudo diei lõgioris est.13.hore ⁊ medietas
hore.Et eius elõgatio ab equatione diei est.23.partes ⁊.51.minuta ⁊.20.secũda.de-
scripta supra sennis.Et ipsa est prima linea equidistantium:in quibus vmbra meridiei de-
clinat ad partem vnã.neqꝫ vnq̃ꝫ erit declinatio vmbre gnomonũ eis qui sunt sub ea ad ptẽ
meridiei. Uerũtñ sol obumbrat supra summitatẽ eorum capitũ in tropico estiuo tñ.Et nõ
habebunt tunc gnomones in medietatibus diei vmbrã:eo ꝙ spacium huius linee ab equa-
tiõe diei est sicut tropici estiualis ab eo. In reliquis v̊o lineis erit declinatio vmbre gnomo-
nũ in medietatibus diei semper ad partem septẽtriõis. Eritqꝫ vmbra equalitatis sub hac li-
nea.26.partes ⁊ medietas partis. Et vmbra hiemalis.66.partes fere. Estas v̊o nõ habebit
vmbrã.Et in omnibus lineis equidistãtibus:que sunt ad septẽtrionẽ ab hac linea vsqꝫ ad
lineã que terminat regiones habitabiles:declinabit vmbra gnomonum in medietatibus
dierũ ad ptẽ septẽtrionis.Et neqꝫ gnomones i eis vnq̃ꝫ erũt in medietatibꝰ dierũ absqꝫ vm-
bra.neqꝫ vmbra vnq̃ꝫ declinat ad partem meridiei:sed est eius declinatio semper ad partẽ

septētrionis. quā sol nūq̄ obumbrat supra summitatē capitū ipsoꝝ. ¶ De octaua.

Linea vero equidistās octaua est: in qua longitudo diei longioris est. 13. hore ⁊ medietas ⁊ quarta hore. Et eius elongatio ab equatione diei est. 27. partes ⁊. 40. minuta: descripta supra amnes. Et vmbra estatis est quattuor partes. Et vmbra eq̄litatis est. 31 partes ⁊ tertia ⁊ medietas quinte partis vicinius. Et vmbra hiemis est. 75. partes ⁊ medietas partis. ¶ De nona.

Linea equidistās nona est: in qua lōgioris diei lōgitudo ē. 14. hore. Et eius elōgatio ab eq̄tione diei. 30. ptes ⁊. 22. minuta: descripta supra infimum terre egypti. Et vmbra estatis sex partes ⁊ medietas ⁊ tertia partis. Et vmbra eq̄litatis. 35. ptes ⁊ sexta partis fere. Et vmbra hiemis. 83. partes ⁊ quarta partis. ¶ De decima.

Linea equidistās decima est: in qua longitudo diei longioris est. 14. hore ⁊ quarta hore. Et eius elongatio ab equatione diei. 33. partes ⁊. 18. minuta: descripta supra medium sein. Et vmbra estiua est. 10. partes. Et vmbra equalitatis. 39. partes ⁊ tertia ⁊ medietas sexte partis fere. Et vmbra hiemalis est. 93. partes vicinius. ¶ De vndecima.

Linea equidistās vndecima est: in qua longitudo diei longioris est. 14. hore ⁊ medietas. Et eius elōgatio ab equatione diei est. 36. partes: descripta supra insulā rhodum. Et vmbra estiua est. 12. ptes ⁊ medietas ⁊ tertia ⁊ medietas sexte ptis. Et vmbra eq̄litatis. 43. partes ⁊ medietas ⁊ quarta partis. Et vmbra hiemalis est. 103. partes ⁊ tertia partis. ¶ De duodecima.

Linea equidistās duodecima est: in qua longitudo diei longioris est. 14. hore ⁊ tres quarte. Et eius elongatio ab equatione diei est. 38. partes ⁊. 35. minuta: descripta supra sembat. Et vmbra estiua est. 15. ptes ⁊ medietas ⁊ quarta ptis vicinius. Et vmbra eq̄litatis est. 47. partes ⁊ medietas ⁊ tertia partis vicinius. Et vmbra hiemalis est. 114. ptes ⁊ medietas ⁊ tertia ⁊ medietas quinte partis. ¶ De tredecima.

Linea equidistans tredecima est: in qua longitudo diei lōgioris est. 15. hore. Et eius elongatio ab equatione diei est. 40 partes ⁊. 56 m̄. fere: descripta supra scinnitas. Et vmbra estiua est. 18. partes ⁊ tertia ⁊ medietas q̄nte partis fere. Et vmbra equalitatis. 52. ptes vicini⁹. Et vmbra hiemalis. 127. ptes ⁊ tertia ⁊ medietas q̄nte ptis. ¶ De deciaq̄rta.

Linea equidistans decimaquarta est: in qua lōgitudo diei longioris est. 15. hore. Et quarta hore. Et eius elōgatio ab eq̄tione diei. 43. partes ⁊ duodecima partis: descripta supra nulis. Et vmbra estiua est. 20. partes ⁊ medietas ⁊ tertia ⁊ medietas quinte partis fere. Et vmbra eq̄litatis est. 55. partes ⁊ medietas quinte. Et vmbra hiemalis. 141. partes fere. ¶ De decimaquinta.

Linea equidistans decimaquinta est: in qua longitudo diei longioris est. 15. hore. et medietas hore. Et eius elongatio ab equatione diei est. 45. partes ⁊ vnū minutū: descripta supra medium malisnitas. Et vmbra estiua est. 23. partes ⁊ quarta ptis fere. Et vmbra eq̄litatis ē. 60. ptes. Et vmbra hiemalis est. 155. ptes ⁊ q̄rta ptis. ¶ De decimasexta.

Linea equidistans decimasexta est: in qua longitudo diei lōgioris est. 15. hore ⁊ tres quarte. Et eius elongatio ab equatione diei. 46. partes ⁊. 51. minuta: descripta supra fontes fluminis astos. Et vmbra estiua est. 25. ptes ⁊ medietas ptis fere. Et vmbra eq̄litatis. 64. partes vicinius. Et vmbra hiemalis est. 171. partes ⁊ tertia ⁊ medietas sexte partis fere. ¶ De decimaseptima.

Linea equidistans decimaseptima est: in qua longitudo diei lōgioris est. 16. hore. Et eius elongatio ab equatione diei est. 48. ptes ⁊. 32. minuta: descripta supra egressiones batiristenis. Et vmbra estiua est. 27. partes ⁊ medietas ptis ⁊ medietas q̄nte partis fere. Et vmbra equalitatis est. 67. partes ⁊ medietas ⁊ tertia partis vicinius. Et vmbra hiemalis est. 189. partes fere. ¶ De decimaoctaua.

Linea equidistās decimaoctaua est: in qua lōgitudo diei lōgioris est. 16. hore ⁊ quarta hore. Et elongatio eius ab equatione diei est. 50. partes ⁊ quarta partis: descripta supra mediū paludis meotide. Et estiua vmbra est. 29. ptes ⁊ medietas ⁊ quarta partis vicinius. Et vmbra equalitatis est. 72. partes ⁊ sexta ptis fere. Et vmbra hiemalis est. 210. partes ⁊ due tertie partis vicinius. ¶ De decimanona.

Linea equidistans decimanona est: in qua lōgitudo diei longioris est. 16. hore ⁊ medietas. Et eius elōgatio ab equatione diei est. 51. ptes ⁊ medietas ptis: descripta supra vltimā partē meridiei britānie. Et vmbra estiua est. 31. ptes ⁊ tertia et medietas sexte partis. Et vmbra equalitatis. 75. partes ⁊ tertia ⁊ medietas sexte partis vicini⁹. Et vmbra hiemalis. 229. partes ⁊ due tertie partis fere. ¶ De vigesima.

Linea equidistans vigesima est: in qua longitudo diei longioris est. 16. hore ⁊ tres quarte. Et eius elōgatio ab equatione diei est. 52. partes ⁊. 50. minuta: descripta supra egressiones ribes. Et vmbra estiua est. 33. partes ⁊ quarta partis fere. Et vmbra equalitatis. 79. partes ⁊ sexta partis fere. Et vmbra hiemalis. 253. ptes ⁊ medietas ⁊ medietas

ſexte partis: ſm ſupradictam quantitatem.

¶ De vigeſimaprima.

Linea equidiſtans vigeſimaprima eſt: in qua longioris diei longitudo eſt. 17 hore. Et elongatio eius ab equatione diei eſt. 54. partes ⁊ vnum minutũ: deſcripta ſuper egreſſiones tanais. Et vmbra eſtiua eſt trigintaquattuor partes ⁊ medietas ⁊ tertia partis vicinius. Et vmbra equalitatis. 82. partes ⁊ due tertie partis fere. Et vmbra hiemalis. 279. partes ⁊ ſexta partis fere.

¶ De vigeſimaſecunda.

Linea equidiſtans vigeſimaſecunda eſt: in qua longitudo diei longioris eſt. 17. hore ⁊ quarta hore. Et eius elõgatio ab eq̃tione diei eſt. 55. partes: deſcripta ſuper hericanas britãnie maioris. Et vmbra eſtiua eſt. 36. partes ⁊ q̃rta partis vicinius. Et vmbra equalitatis octuagintaquinqʒ partes ⁊ due tertie partis. Et vmbra hiemalis eſt. 304. partes ⁊ medietas partis.

¶ De vigeſimatertia.

Linea equidiſtans vigeſimatertia eſt: in qua longitudo diei longioris eſt. 17. hore ⁊ medietas hore. Et eius elongatio ab equatiõe diei eſt. 56. partes: deſcripta ſupra medium britannie maioris. Et vmbra eſtiua eſt. 37. partes ⁊ due tertie partis vicinius. Et vmbra equalitatis. 88. partes ⁊ medietas ⁊ tertia ⁊ medietas ſexte partis vicinius. Et vmbra hiemalis eſt. 335. partes ⁊ tertia partis.

¶ De vigeſimaquarta.

Linea equidiſtans vigeſimaquarta eſt: in qua longitudo diei longioris eſt. 17. hore ⁊ tres quarte hore. Et eius elõgatio ab equatione diei. 57. partes: deſcripta ſuper catononiʒ britannie. Et vmbra eſtiua eſt. 39. partes ⁊ ſexta partis. Et vmbra equalitatis. 92. partes ⁊ tertia ⁊ medietas ſexte partis fere. Et vmbra hiemalis. 372. partes ⁊ medietas ⁊ tertia partis fere.

¶ De vigeſimaquinta.

Linea equidiſtans vigeſimaquinta eſt: cuius longitudo longioris diei eſt. 18. hore. Et eius elõgatio ab equatione diei eſt. 58. partes: deſcripta ſuper meridiem britannie minoris. Et vmbra eſtiua. 40. partes ⁊ due tertie p̃tis vicinius. Et vmbra eq̃litatis. 96. partes vicinius. Et vmbra hiemalis. 119. partes ⁊ quarta partis: ſm ſupradictam quantitatem.

¶ De vigeſimaſexta.

Linea equidiſtans vigeſimaſexta eſt: in qua longitudo diei longioris eſt. 18. hore ⁊ medietas hore. Et eius elongatio ab equatione diei. 59. partes ⁊ medietas partis: deſcripta ſupra britanniam minorem.

Nos autẽ non poſuimus hic ſuperfluum horarum cum augmento quarte ⁊ quarte vnius hore: propter coanguſtationem que eſt inter lineas: ⁊ propinquitatẽ aliarum ad alias. Ex ſuperfluo enim altitudinis poli ſupra altitudinem poli non complet pars vna. ¶ Et nõ oportet vt ſit operatio noſtra in his quorum elõgatio accreſcit ad ſeptẽtrionem ſicut eſt in illis quorum elongatio minoratur. quapropter videtur nobis ꝙ labor poſitionis proportionum vmbrarum ad gnomones ſuos: quemadmodũ fecimus in locis determinatis: ſuperfluus eſt nobis.

¶ De vigeſimaſeptima.

Et vbi eſt longitudo diei longioris decem ⁊ nouem hore: elõgatio illius linee equidiſtantis ab equatione diei eſt. 61. partes. Et ipſa eſt deſcripta ſupra ſeptentrionem britannie minoris.

¶ De vigeſimaoctaua.

Et vbi eſt longitudo diei longioris. 19. hore ⁊ medietas hore: elongatio illius linee ab eq̃tione diei eſt. 62. partes: deſcripta ſupra inſulas horoen.

¶ De vigeſimanona.

Et vbi eſt longitudo diei longioris. 20. hore: lõgitudo illius linee equidiſtãtis ab eq̃tione diei eſt. 63. partes. ⁊ eſt deſcripta ſupra inſulã tyle.

¶ De trigeſima.

Et vbi eſt longitudo diei longioris. 21. hore: elongatio illius linee equidiſtantis ab equatione diei eſt ſexagintaquattuor partes ⁊ medietas partis. ⁊ eſt deſcripta ſupra ſacbaliba.

¶ De trigeſimaprima.

Et vbi eſt longitudo diei longioris. 22. hore: elongatio illius linee equidiſtantis ab equatione diei eſt. 65. partes ⁊ medietas partis.

¶ De trigeſimaſecunda.

Et vbi eſt longitudo diei longioris. 23. hore: elongatio illius linee equidiſtantis ab equatione diei eſt. 66. partes.

¶ De trigeſimatertia.

Et vbi eſt longitudo diei longioris. 24. hore: elongatio illius linee equidiſtantis ab equatione diei eſt. 66. partes ⁊ ſexta partis fere. ⁊ ipſa eſt p̃ma linearũ in quibus reuoluuntur vmbre circa gnomones. ⁊ ſol tunc cum fuerit in puncto tropici eſtiualis tũ: non occidet vnq̃. ⁊ declinabit vmbra gnomonũ ad omnes partes horizontis. Et erit linea equidiſtans equationi diei deſcripta ſupra punctum tropici eſtiualis ſemper apparens. ⁊ linea equidiſtans etiam equationi diei deſcripta ſupra punctum tropici hiemalis ſemper occulta. eo ꝙ ipſe vtreqʒ ſemper contingunt horizonta ſm coalternationem. Et erit orbis ſignoꝝ ipſe horizon: cum ab eo orietur punctum equalitatis vernale.

Quod ſi quis voluerit perſcrutari ſcientiam eorũ: quorum elongationes augmentãtur ad ſeptẽtrionem ex declinatione: ⁊ ſũmam eorum que accidunt in eis: inueniet vbi eſt altitudo poli ſeptẽtrionalis. 67. partes. 15. fere partes orbis ſignorũ

a duabus partibus puncti tropici estiui nō occidere vnq̄. quapropter erit longitudo diei lō giozis: ꝛ reuolutio vmbre gnomonū ad oēs partes horizōtis fere mēsis vnius.

Bene aūt erit cū scietur illud ex tabulis declinationis. partes nāq3 quas tu reperies in tabulis: sunt longitudo linee equidistantis equationi diei ab ea: quas ipsa secat ex or be signorum ab vtrisq3 partibus pūcti cuiusq3 duorum tropicorum. sicuti si diceremus. 15. partes cuiuscūq3 partis: erit illa linea ibi cum partibus quas ipsa secat: aut semper apparen tes: aut semper occulte. Et quātum minuuntur he partes que sunt in tabula: que sunt longi tudo linee equidistantis: ex quarta: que est. 90. tātū est altitudo poli septētrionalis.

Ubi vō altitudo poli est. 69. partes ꝛ medietas partis: ibi nunq̄ occidet sol cū fuerit eius elongatio a puncto tropici estiualis ad vtrasq3 partes. 30. partes. Quapropter erit longitudo diei longioris fere duorum mensium. ꝛ reuoluetur vmbra gnomonum in cir cuitu eorum ad omnes partes horizontis.

Et vbi est altitudo poli. 73. partes ꝛ tertia partis: nō occultabitur sol cum fuerit eius elongatio a puncto tropici estiualis ad vtrasq3 partes. 45. partes. Quapropter erit longitudo diei longioris: ꝛ reuolutio vmbre gnomonum ad oēs ptes horizōtis triū mēsiū.

Et vbi est altitudo poli. 78. partes ꝛ tertia partis: ibi non occultabitur sol cum fuerit eius longitudo a puncto tropici estiui ad ambas partes. 60. partes. Quapropter erit longitudo diei longioris: ꝛ reuolutio vmbre gnomonum quattuor mensium.


Et vbi est altitudo poli. 84. partes: ibi non occultabitur sol: cum fuerit eius longitu do a puncto tropici estiui ad vtrasq3 partes. 75. partes. Et erit longitudo diei longio ris: ꝛ reuolutio vmbre gnomonum quinq3 mensium.

Et vbi est altitudo poli ab horizonte complemētum quarte. s. 90. partes: ibi tota me dietas orbis signorum septētrionalis nō occultabitur vnq̄ sub terra. Neq3 tota me dietas orbis signorum meridiana apparebit vnq̄ super terram. Quapropter erit annus to tus dies vnus. Cuius medietas erit dies: ꝛ medietas nox. quorum cuiusq3 longitudo erit sex mensium. Et vmbra gnomonum voluetur semper circa eos ad omnes partes horizonti tis. Ex ꝓprietatibus vō huius declinatiōis est: vt sit polus septētrionis supra sūmitatē cap tū. ꝛ sit orbis equationis diei in loco semper apparentis: ꝛ in termino semper occulti. ꝛ sit etiam in loco horizontis. ꝛ fiat medietas orbis signorum septētrionalis semper apparens supra terram: ꝛ medietas meridiana occulta sub terra semper.


Capitulum septimum De scientia partium orbis equationis diei: que eleuantur cū par tibus orbis signorum: in sphera decliui.




Postq̄ retulimus omnes proprieta tes linearum equidistantium: que sunt in circulis decliuibus. ꝛ summā eorum que eueniunt in eis ꝛ apparent: Demonstrabimus qualiter sciā tur numeri temporum equationis diei: que eleuantur cum eleuationi bus arcuum orbis signorum per quorum scientiam sciemus diuisiōes eorū que sūt preter hec. ꝛ partes. Et nominabimus partes orbis signo rum decliuis. 12. ꝛ ponemus earum principia a duobus punctis tropicis: ꝛ duobus pūctis equalitatis. Et nominabimus primam duodecimā: que est a pūcto equalitatis vernalis ad ea que sequuntur ꝛ eleuantur motu totius Arietem. ꝛ secundā Taurum. ꝛ que sunt post il las ſm ordines suos: quibus nominauerūt eas antiqui. Et ostendem⁹ prius q̄ arcus or bis signorum equalis elongationis a quolibet duorum punctorū equalitatis eleuantur sem per cum arcubus equalibus orbis equationis diei. Quapropter describam circulum me ridiei: supra quem sint. a. b. g. d. ꝛ medietatē circuli horizontis: supra quam sint. b. e. d. ꝛ me dietatem circuli equationis diei: supra quam sint. a. e. g. ꝛ duas portiones orbis signorum: supra quas sint. r. h. ꝛ. t. k. ꝛ sit vnumquodq3 duoꝝ punctorum. r. ꝛ. t. equalitatis vernalis. et duo arcus equales eleuati a duabus partibus: supra quos sint. r. h. ꝛ. t. k. transeant super duo puncta. k. ꝛ. h. Dico ergo q̄ vnusquisq3 eorum eleuatur cum duobus arcubus equali bus orbis equationis diei: supra quos sunt. r. e. ꝛ. t. e. Sint itaq3 loca duorum polorum eq̄ tionis diei due note. l. ꝛ. m. ꝛ describā portiones orbiū magnoꝝ: supra quas sint. m. r. ꝛ. l. t. ꝛ m. e. l. ꝛ. k. l. ꝛ. m. h. Et quia. r. h. equal. t. k. ergo due linee eq̄distantes descripte supra. k. ꝛ. h. sunt equalis longitudinis ab equatione diei a duab⁹ partibus. ꝛ erit. l. k. equalis. m. h. ꝛ. e. k. equalis. e. h. ꝛ erunt latera trianguli. l. k. t. equalia lateribus trianguli. m. h. r. ꝛ latera triāgu li. l. e. k. equalia lateribus trianguli. m. e. h. Angulus vō. k. l. e. equatur angulo. h. m. e. ꝛ tot⁹ angulus. k. l. t. equatur toti angulo. h. m. r. Quapropter est angulus. e. l. t. reliquus: eq̄lis an gulo. e. m. r. reliquo. ergo basis. e. t. equal basi. e. r. Et illud volnim⁹ demōstrare.



Ostēdemus etiam q̄ duo arcus orbis equationis diei: qui eleuantur cum duo bus arcubus orbis signorum equalibus: ꝛ equalis longitudinis a quolibet pun ctorū duorum tropicorum: erunt equalium eleuationū eleuationibus in orbe re-






cto: cum his duobus arcubus coniunctis. ¶ Describam ergo propter hoc circulum meridiei: supra quem sint.a.b.g.d.⁊ medietatem circuli horizontis: supra quam sint.b.e.d.⁊ medietatẽ circuli equationis diei: supra quã sint.a.e.g.⁊ describam duos arcus orbis signorũ equales: ⁊ equalium elongationum a puncto tropici hiemalis: qui sint.r.b.⁊.t.b.sitq; r.punctũ autũnale.⁊.t.punctum vernale.⁊ sit punctum.b.cõmune eleuationibus eorum ⁊ horizõti: ꝑpter hoc ꝙ duos arcus.r.b.⁊.t.b.continet vnus orbis equidistãs equationi diei. Et manifestum est: ꝙ t.e.eleuatur cum.t.b.⁊.e.r.eleuatur cum.r.b.⁊ ex hoc manifestũ est: ꝙ.t.e.r.totus equatur eleuationi.r.b.⁊.t.b.in orbe recto. Si enim posuerimus: vt nota.k.sit polus meridianus: ⁊ descripserimus supra.k.b.quartã orbis magni equalẽ in potentia quarte horizontis in orbe recto: supra quam sint k.b.l.⁊ erit arcus.t.l.ipse qui eleuatur cum arcu.t.b.in orbe recto.⁊ erit.l.r.ipse qui eleuatur cũ.r.b.quapropter erunt duo arcus.t.l.⁊.l.r.equaliũ eleuationũ cũ duobus arcubus.t.e.⁊.e.r.quos vnus arcus coniungit: qui est.r.l.e.t. Et illud est qḋ oportuit nos declarare.


TAm ergo nobis declaratum est ex eis que prediximus: ꝙ cum sciuerimus diuidere eleuationes in quarta vna in omni declinatione: sciemus diuidere tres quartas residuas. ¶ Et ponam etiam huius exemplum lineam equidistantem descriptam super rhodum: vbi est longitudo diei longioris.14.hore ⁊ medietas.⁊ altitudo poli septẽtrionalis ab horizonte.36.partes. Describam itaq; circulum meridiei: supra quẽ sint.a.b.g.d.⁊ medietatẽ circuli horizontis: supra quã sint.b.e.d.⁊ medietatem circuli equatiõis diei: supra quã sint.a.e.g.⁊ medietatẽ orbis signorum: supra quã sint.r.l.b.t.⁊ sit locus sectionis: supra quẽ est.b.ipsum punctum vernale: ⁊ faciam transire supra polũ equationis diei septẽtrionalem: qui sit.k.⁊ supra.l.vbi se secant orbis signorum ⁊ orbis horizontis: quartam orbis magni: supra quã sint.k.l.m.⁊ sit arcus.b.l.notus: ⁊ inquiramus inuentionem arcus orbis equationis diei: qui cum eo eleuatur: qui est.e.b.⁊ sit.b.l. ipse aries prius. Et q̄r etiam inter duos arcus orbium maiorum scʒ arcus.e.g.⁊.g.k.duo arcus.e.d.⁊ k.m.sese secant supra.l.erit proportio chorde dupli arcus.k.d. ad chordam dupli arcus d.g.aggregata ex duabus proportionibus.ex proportiõe chorde dupli arcus.k.l.ad chordã dupli arcus.l.m.⁊ ex proportione chorde dupli arcus.m.e.ad chordam dupli arcus.e.g. Duplũ vero arcus.k.d.est.72.partes.⁊ est eius chorda.70.partes ⁊.32.minuta ⁊ tria scḋa.⁊ duplum arcus.g.d.est.108.partes.⁊ eius chorda.97.partes ⁊.4.minuta ⁊.55.secunda. Et duplum arcus.k.l.est.156.partes ⁊.40.minuta.⁊ eius chorda est.117.partes ⁊.31.minuta ⁊ 15.scḋa.⁊ duplũ arcus.l.m.est.23.partes ⁊.19.minuta ⁊.59.secunda.⁊ eius chorda.24.partes ⁊.15.minuta ⁊.57.secunda. Cum ergo proiecerimus ex proportione.70.partium ⁊ 32.minutorum ⁊ triũ secundorũ ad.97.partes ⁊ quatuor minuta ⁊.55.secunda: proportionẽ.117.partium ⁊.31.minutorum ⁊.15.secũdorũ: ad.24.partes ⁊.15.minuta ⁊.57.2ᵃ. remanebit ꝓportio chorde dupli arcus.m.e.ad chordam dupli arcus.e.g.⁊ illud est ꝓportio.18.partium ⁊ cifre ⁊ q̄nq; secundorũ ad.120.partes. Chorda autẽ dupli arcus.e.g. est 120.partes. quapropter chorda dupli arcus.m.e.sm̄ illas partes est.18.partes ⁊ cifre ⁊ quinq; secunda. Et propter hoc erit duplũ arcus.m.e.17.partes ⁊.16.minuta ꝓpinquius ⁊.m.e.sm̄ illas partes erit.8.partes ⁊.38.minuta. Sed totꝰ arcus.m.b.q̄r eleuatur in orbe recto cum.b.l.quemadmodum eius declaratio p̄cessit: est.27.p̄tes ⁊.50.minuta. ergo.e.b. residuus erit.19.partes ⁊.12.minuta.

TAm aũt ostensum est cũ hoc ꝙ piscis eleuatur sm̄ equalitatem illorum tẽporũ: ⁊ vnumquodq; duorũ signorũ.s.virgo ⁊ libra: cũ eis quibus diminuũtur hec tẽpora ex duplo temporũ quibus aries eleuatur in orbe recto. quod est tẽpora.36.et 28.minuta. ¶ Sit etiam arcus.b.l.duo signa: scʒ aries et taurus simul videlicet.60.partes. Que vero preter hec sunt ĩ forma sint sm̄ habitudinẽ suam. Quapropter erit duplum arcus.k.l.138.partes ⁊.59.minuta ⁊.42.secunda.⁊ eius chorda est.112.partes ⁊.23.minuta ⁊.56.secunda.⁊ duplũ arcus.l.m.erit.41.partes ⁊ cifre ⁊.18.secunda.⁊ chorda eius.42.partes ⁊ vnũ minutũ ⁊.48.secunda. Cũ ergo minuerimus ex ꝓportione.70.partium ⁊.32.minutorũ ⁊ triũ secundorum ad.97.partes ⁊ quatuor minuta ⁊.55.secũda ꝓportionem.112.partium ⁊.23.minutorum ⁊.56.secundorum: ad.42.partes ⁊ vnũ minutũ ⁊.48.2ᵃ. remanebit proportio chorde dupli arcus.m.e.ad chordam dupli arcus.e.g.q̄ est ꝓportio.32.partium ⁊.36.minutorũ ⁊ quatuor secũdorum ad.120. Chorda autem dupli arcus.e.g.est.120.partes. ergo chorda dupli arcus.m.e.est.32.partes ⁊.36.minuta ⁊ q̄tuor secunda. Ergo ⁊ duplũ arcus.m.e.est.31.partes ⁊.32.minuta fere. quapropter erit arcus.m.e.sm̄ illas partes.15.partes ⁊.46.minuta. Sed totꝰ arcus.m.b.sm̄ ꝙ eius declaratio precessit: est.57.partes ⁊.44.minuta. ergo totus.b.e.est.41.partes ⁊.58.minuta. Ergo Aries ⁊ Taurus eleuantur ambo cũ.41.t p̄ibꝰ ⁊.58.minutis. ¶ Sed ex hoc qḋ iã ostensum est: ꝙ Aries eleuat̃ cũ.19.tẽporibus ⁊.12.minutis: remanent ea cũ quibus eleuatur taurus.22.tẽpora ⁊.46.minuta. Et propter hoc etiam erũt tempora quibus eleuatur aqua-

rius: equalia tēporibus quibus eleuat̄ Taurus.s.22.tēpora ⁊.46.minuta. Et vnūquodq; duorum.s.leo ⁊ scorpio eleuatur cum eis: quibus iste partes minuūtur ex duplo temporum quibus eleuatur Taurus in orbe recto.qđ est.37.tempora ⁊ duo minuta. Et q2 longitudo diei longioris est.14.hore et medietas hore equalis.et longitudo diei breuioris est.9.hore et medietas. Ergo manifestum est: q̄ medietas orbis que est a cancro vsq; ad finē sagittarij eleuatur cum.217.tēporibus et medio equationis diei. Et q̄ medietas orbis que est a Capricorno vsq; ad finem geminoꝝ eleuatur cum.142.tēporibus et medio equationis diei. Quapropter vnaqueq; duarum quartarum que sunt a duabus partibus pūcti vernalis: eleuatur cum.71.tēporibus et quarta tēporis.et vnaqueq; duarum quartarum que sūt a duabus partibus puncti autūnalis eleuatur cū.108.tēporibus et medietate et quarta temporis ex tēporibus equationis diei. Et ꝓpter hoc etiam vnumqđq; signoꝝ duoꝝ.s.capricornus et gemini eleuatur cum.29.tpibus et.17.minutis.que desunt ad cōplendā vnāquāq; duarum quartarum.et remanet vt vnumquodq; duoꝝ signorum.s. Cancer et Sagittarius eleuetur cum eis que desunt ad complendam quartam que est.108.tēpora et medietas et quarta tēporis: que sunt.35.tēpora et quarta tēporis. Et manifestum est: q̄ hoc modo sciemus equationis diei tēpora: que eleuātur cū partibus orbis signoꝝ paucioribus his ꝑib⁹.



Has quoq; eleuationes sciemus cōpēdiosius: et facili⁹: et opere sapientiore eo qđ prediximus: quemadmodum narrabo. Describam primū orbem meridiei: supra quē sint.a.b.g.d. ⁊ medietatē circuli horizōtis: supra quā sint.b.e.d. ⁊ medietatem circuli eq̄tiōis diei: supra quā sint.a.e.g.et medietatē orbis signoꝝ: supra quā sint r.e.h.sitq; punctū.e.qđ est locus sectionis: punctum vernale. Ponāq; arcum.e.t.quātū voluero.et ponā portionē eq̄distātis eq̄tioni diei supra.t.q̄ sit.t.i. ⁊ ponā polū equatiōis diei meridionalē.l.et describā supra ipsum q̄rtas orbiū maioꝝ: supra q̄s sint.l.t.m. ⁊.l.i.n.et.l.e. Ergo ex hoc manifestū est: q̄ portio.e.t.orbis signoꝝ eleuat̄ in sphera recta cū arcu orbis eq̄tionis diei.e.m.et eleuatur in sphera declini cum arcu.m.n.eo q̄ arcus.i.t.equidistantis cū qua eleuatur portio.e.t.est similis arcui.n.m.equationis diei. Arcus v̄o similes orbiū eq̄distantium eleuant̄ in temporibus equalibus in omni loco. Eleuatiōes ergo portionis.e.t. in sphera declini sunt minus eleuationibus eius in sphera recta: quantū est arcus.e.n.ergo s̄m h̄ declarat̄: q̄ cū ꝯtrahent̄ arcus harū q̄rtarū orbiū maioꝝ: erit arcus l.i.n.determinās portionē.e.n.qđ est sup̄fluū qđ est īter eleuatiōes.e.t.i sphera declini: ⁊ īter eleuatiōes ei⁹ in sphera recta partiū orbis signoꝝ: qđ determinat pūctum.e. ⁊ equidistans descripta super.t.



dies quarta diei integra. Eſtimo autem iam declaratum eſſe: ꝙ quãtum apparuit in longitudine tempoꝛis anni vſqȝ ad hec noſtra tempoꝛa ex reuerſione ſolis a punctis tropici ⁊ eq̃litatis: cõueniens eſt huic quãtitati quã nominauimus: ſm ꝙ conuenit ex ↄſiderationibus antiquis ⁊ nouis. Poſtq̃ȝ ergo eſt hoc ſicut diximus: fiet vt cum diuiſerimus diem vnum per. 300. annos: ſit poꝛtio vnius anni ex eo. 12. ſecũda vnius diei. Cũ ergo minuerimus ea ex. 365. diebus ⁊. 15. minutis: que ſunt quarta diei. remanebit tẽpus anni quẽ ſcire voluimus. 365. dies ⁊. 14. minuta ⁊. 48. ſecũda. hic eſt ergo numerus dierũ repertoꝛũ ex eis que diximus: ſm ꝙ magis eſt poſſibile breuius eſſe. ¶ Et qꝛ volunt inueſtigationem ſolis ⁊ ſtellarum aliarum: ⁊ curſus earum in partibus oꝛbis ſignoꝛum: cuius inuentio eſt facilis: ⁊ quã demonſtrant partes: que ſunt in tabulis. tunc iam conuenit erudito in diſciplinalibus: vt ſit eius intentio et deſiderium oſtendere omnia que videntur in celo de motibus earum medijs: qui ſunt ſuper circulos oꝛbium earum. ⁊ vt faciat tabulas conueniẽtes intentioni ſue: diuidendo inter motus earũ medios curſus earum in partibus oꝛbis ſignoꝛum: ⁊ inter motus qui ſunt propter circulos oꝛbium earum: propter quos eſt diuerſitas eſtimata. De inde etiam tabulas coniunctionis duoꝛum motuum ſimul ſignificantes viſionem curſuũ earum. Et ad hoc vt ea que diximus ſint facilioꝛa ⁊ vicinioꝛis acceptionis: cum eoꝛum fuerit neceſſitas: ponã tabulas motus ſolis medij in partibus oꝛbis reuolutionis eius ſm hũc modum quẽ dicã. ¶ Poſtq̃ȝ igitur iam oſtenſum eſt: ꝙ reuerſio tẽpoꝛis ſolis eſt in. 365. diebus ⁊. 14. minutis ⁊. 48. ſecundis: fit vt cum diuiſerimus per illud. 360. ſcȝ numerum partium oꝛbis ſignoꝛum: ſit motus ſolis medius in die vna. 59. minuta: ⁊. 8. ſecunda: ⁊. 17. tertia: ⁊. 13. quarta: ⁊. 12. quinta: ⁊. 31. ſexta fere. Ut autem in diuiſiõe hec minuta vſqȝ ad ſexta perueniant ſufficit. Nos quoqȝ cum iam acceperimus ex motu diei partẽ. 24^{am}. inueniemus motũ ſolis in vna hoꝛa duo minuta: ⁊. 27. ſecũda: ⁊. 50. tertia: ⁊. 43. quarta: ⁊ tria quinta: ⁊ ſextam vnam propinque. Et ſimiliter cum multiplicauerimus motum diei vnius in. 30. dies ſcȝ mẽſis vnius: erit motus ſolis medius in menſe. 29. partes: ⁊. 34. minuta: et 8. ſecũda: ⁊. 36. tertia: ⁊. 36. quarta etiã: ⁊. 15. quinta: ⁊. 30. ſexta. Et cũ multiplicauerimus motum diei vnius in numerum dierum anni egyptij ſcȝ. 365. dies: inueniemus illud motũ ſolis mediũ in anno. 359. partes: ⁊. 45. minuta: ⁊. 24. ſecunda: ⁊. 45. tertia: ⁊. 21. quarta: ⁊ 8. quinta: ⁊. 35. ſexta. Et etiam cum multiplicauerimus motum ſolis in anno in. 18. annos: propter hoc quod demonſtratur ex bonitate menſurationis tabularum: ⁊ proiecerimus ex eis que aggregantur reuolutiones integras. ſ. queqȝ reuolutio. 360. ſuperfluent ex motu ſolis medio in. 18. annis. 355. partes: ⁊. 37. minuta: ⁊. 25. ſecunda: ⁊ 36. tertia: ⁊. 20. q̃rta: ⁊. 34. quinta: ⁊. 30. ſexta.

¶ Capitulum ſecundum De poſitione tabularum motus ſolis medij.



Eſcribã autem motus ſolis medij tabulas in tribus partibus quinqȝ tempoꝛũ. Et diuidam partem in ſeptem tabulas in longitudine: ⁊. 45. areas in latitudine. Et ſignabo in tabulis partis prime numerum annoꝛum coniunctoꝛum: ⁊ motum ſolis in eis. Et in tabulis partis ſecunde numerum annoꝛum diſgregatoꝛum ⁊ motum ſolis in eis. Et ſub eis numerum hoꝛarum: ⁊ motum ſolis in eis. Et in tabulis partis tertie numerũ dierum menſium: ⁊ motũ ſolis in eis. Et ſub eis numerum dierum menſis vnius: ⁊ motum ſolis in eis. Et hec eſt tabularum deſcriptio.

Fuit radix ſolis in principio regni nabuchodonoſoꝛ. ſ. elongatio eius a longitudine longioꝛe in oꝛbe eccentrico: qui eſt eius oꝛbis proprius. 265. gradus ⁊. 15. minuta. Et fuit tunc locus eius in oꝛbe ſignoꝛum: per motum eius medium in. 45. minutis piſcis. Et per motum eius diuerſum qui videtur in eo tres gradus ⁊. 8. minuta piſcis fere. Et eius elongatio a luna. 70. gradus ⁊ triginta ſeptem minuta.

Fuit primus dies Jumedi primi anni. 359. ſm regulam dies veneris. ⁊ primus dies veneris: qui fuit octauus ab eo: fuit annus perſarum. 337. ⁊. 12. menſes. ⁊ fuit dies ſabbati primus quinqȝ dierum adiunctoꝛum.

¶ Radix autem poſita in capite harum tabularum eſt annoꝛuȝ perſarum in media die: qui fuit ante diem primum per diem vnum.

¶ Riguat eſt locus quadratus in quo conueniunt homines: coopertus quaſi turris.

Tabula medij motus Solis. 

Motus solis medius In annis coniunctis.

Anni cõiuncti	ptes	m̃	2	3	4ᵃ	5ᵃ	6ᵃ
18	355	37	25	36	20	34	30
36	351	14	51	12	41	9	0
54	346	52	16	49	1	43	30
72	342	29	42	25	22	18	0
90	338	7	8	1	42	52	30
108	333	44	33	38	3	27	0
126	329	21	59	14	24	1	30
144	324	59	24	50	44	36	0
162	320	36	50	27	5	10	30
180	316	14	16	3	25	45	0
198	311	51	41	39	46	19	30
216	307	29	7	16	6	54	0
234	303	6	32	52	27	28	30
252	298	43	58	28	48	3	0
270	294	21	24	5	8	37	30
288	289	58	49	41	29	12	0
306	285	36	15	17	49	46	30
324	281	13	40	54	10	21	0
342	276	51	6	30	30	55	30
360	272	28	32	6	51	30	0
378	268	5	57	43	12	4	30
396	263	43	23	19	32	39	0
414	259	20	48	55	53	13	30
432	254	58	14	32	13	48	0
450	250	35	40	8	34	22	30
468	246	13	5	44	54	57	0
486	241	50	31	21	15	31	30
504	237	27	56	57	36	6	0
522	233	5	22	33	56	40	30
540	228	42	48	10	17	15	0
558	224	20	13	46	37	49	30
576	219	57	39	22	58	24	0
594	215	35	4	59	18	58	30
612	211	12	30	35	39	33	0
630	206	49	56	12	0	7	30
648	202	27	21	48	20	42	0
666	198	4	47	24	41	16	30
684	193	42	13	1	1	51	0
702	189	19	38	37	22	25	30
720	184	57	4	13	43	0	0
738	180	34	29	50	3	34	30
756	176	11	55	26	24	9	0
774	171	49	21	2	44	43	30
792	167	26	47	39	5	18	0
810	163	4	13	15	25	52	30

Motus solis medius In annis disgregatis.

Anni disgregati	ptes	m̃	2	3	4ᵃ	5ᵃ	6ᵃ
1	359	45	24	45	21	8	35
2	359	30	49	30	42	17	10
3	359	16	14	16	3	25	45
4	359	1	39	1	24	34	20
5	358	47	3	46	45	42	55
6	358	32	28	32	6	51	30
7	358	17	53	17	28	0	5
8	358	3	18	2	49	8	40
9	357	48	42	48	10	17	15
10	357	34	7	33	31	25	50
11	357	19	32	18	52	34	25
12	357	4	57	4	13	43	0
13	356	50	21	49	34	51	35
14	356	35	46	34	56	0	10
15	356	21	11	20	17	8	45
16	356	6	36	5	38	17	20
17	356	52	0	50	59	25	55
18	355	37	25	36	20	34	30

Motus solis medius In horis.

Hore	ptes	m̃	2	3	4ᵃ	5ᵃ	6ᵃ
1	0	2	27	50	43	3	1
2	0	4	55	41	26	6	2
3	0	7	23	32	9	9	3
4	0	9	51	22	52	12	5
5	0	12	19	13	35	15	6
6	0	14	47	4	18	18	7
7	0	17	14	55	1	21	9
8	0	19	42	45	44	24	10
9	0	22	10	36	27	27	11
10	0	24	38	27	10	30	12
11	0	27	6	17	53	33	14
12	0	29	34	8	36	36	15
13	0	32	1	59	19	39	16
14	0	34	29	50	2	42	18
15	0	36	57	40	45	45	19
16	0	39	25	31	28	48	20
17	0	41	53	22	11	51	21
18	0	44	21	12	54	54	23
19	0	46	49	3	37	57	24
20	0	49	16	54	21	0	25
21	0	51	44	45	4	3	27
22	0	54	12	35	47	6	28
23	0	56	40	26	30	9	29
24	0	59	8	17	13	12	31

Motus solis medius In mensibus.

Menses	ptes	m̃	2	3	4ᵃ	5ᵃ	6ᵃ
30	29	34	8	36	36	15	30
60	59	8	17	13	12	31	0
90	88	42	25	49	48	46	30
120	118	16	34	26	25	2	0
150	147	50	43	3	1	17	30
180	177	24	51	39	37	33	0
210	206	59	0	16	13	48	30
240	236	33	8	52	50	4	0
270	266	7	17	29	26	19	30
300	295	41	26	6	2	35	0
330	325	15	34	42	38	50	30
360	354	49	43	19	15	6	0

Motus solis medius In diebus


Dies	ptes	m̃	2	3	4ᵃ	5ᵃ	6ᵃ
1	0	59	8	17	13	12	31
2	1	58	16	34	26	25	2
3	2	57	24	51	39	37	33
4	3	56	33	8	52	50	4
5	4	55	41	26	6	2	35
6	5	54	49	43	19	15	6
7	6	53	58	0	32	27	37
8	7	53	6	17	45	40	8
9	8	52	14	34	58	52	39
10	9	51	22	52	12	5	10
11	10	50	31	9	25	17	41
12	11	49	39	26	38	30	12
13	12	48	47	43	51	42	43
14	13	47	56	1	4	55	14
15	14	47	4	18	18	7	45
16	15	46	12	35	31	20	16
17	16	45	20	52	44	32	47
18	17	44	29	9	57	45	18
19	18	43	37	27	10	57	49
20	19	42	45	44	24	10	20
21	20	41	54	1	37	22	51
22	21	41	2	18	50	35	22
23	22	40	10	36	3	47	53
24	23	39	18	53	17	0	24
25	24	38	27	10	30	12	55
26	25	37	35	27	43	25	26
27	26	36	43	44	56	37	57
28	27	35	52	2	9	50	28
29	28	35	0	19	23	2	59
30	29	34	8	36	36	15	30

Capitulum Tertium De scientia modorum motus revolubilis convenientis.




Uia autem ea que iam narravimus ɔsequitᷣ: ut de monstremus ea que videntᷣ ⁊ apparent de diversitate motus solis: Uidimus ut premittamus sermonem universalem. Dicam ergo q̄ motus solis et motus stellarum retrogradarum in celo: qui sunt ſm continuitatem signorum: ⁊ motus localis totius: qui est econtrario illorum: omnes sunt ſm revolutionē ⁊ equalitatem ⁊ ɔvenientes ſm naturam: scʒ q̄ linee recte que sunt elongationes stellarum a centris orbium ipsarū quas imaginamur movere stellas: aut movere orbes ipsarum in temporibus equalibus: faciunt angulos qui sunt apud centrum cuiuscūqʒ circulorum earum equales. et q̄ diversitas que apparet in eis non est nisi ſm loca ⁊ ordines circulorum: qui sunt in sphera cuiusqʒ earum: supra quos sunt earum motus. Et neqʒ aliquid eorum que imaginamur: scʒ qd̄ sit contrarium permanentie eternitatis motuum earum: sicut diversitas estimata accidit in eis vere: ⁊ neqʒ accidit nisi ſm imaginationē. Causam vero estimatiōis huius diversita

tis poſſibile eſt eſſe ſm duos modos primos abſolutos. Q, ſi motus ſtellarum qui videtur eſſet in orbe cuius centrum eſtimatur eſſe centrum mundi: qꝺ eſt in ſuperficie orbis ſignorum: ⁊ neqȝ eſſet aſpectus oculorum noſtrorum niſi a centro: non videretur in motu earum diuerſitas. Quapropter eſtimamus ꝙ motus earū ſint ſm vnum duorum modorum. Aut ſupra orbes quorum centra non ſunt centrū mundi: ſed ſunt egredientia ab ipſo: ⁊ ſunt motus eaꝝ medij. Aut ſunt ſuper orbes: quoꝝ centra ſunt centrum mundi: ſed non ſunt ſupra ipſos ſm ſermonem abſolute: ſed ſunt ſupra orbes alios: qui ſunt ſupra hos orbes reuoluētes eas qui nominātur orbes reuoluentes ſtellas. ¶ Declarabit̄ nāqȝ ꝙ poſſibile eſt: vt videantur ſm vnamquemqȝ horum duorum modorum in temporibus equalibus trāſire ſuper arcus diuerſos orbis ſignorum: cuius centrum eſt centrum mundi. Deſcribam autē cuiuſqȝ horum duorum modorū exēplum: ⁊ primum ponam circulum orbis ecentrici.



Deſcribam itaqȝ circulum orbis ecentrici: ſupra quem ſint .a.b.g.d. ſupra quem eſt motus ſtelle equalis, cuius centrum ſit .e. ⁊ eius diameter .a.e.d. ſitqȝ ſupra ipſam nota .r. a qua eſt aſpectus oculorum noſtrorum. ⁊ ponam vt punctum .a. ſit locus longitudinis longioris a terra: ⁊ punctum .d. ſit locus longitudinis propinquioris terre. ⁊ ſecabo ex eo duos arcus equales: arcum .a.b. ⁊ arcum .g.d. ⁊ protrahам lineas b.e. ⁊ .b.r. ⁊ .g.e. ⁊ .g.r. Declarabit̄ ergo nobis: ꝙ cū mouet̄ ſtella in tēporibus equalibus ſup arcū .a.b. ⁊ arcū .g.d. eſtimat̄ ꝙ trāſitus ſtelle fuit ſupra duos arcus diuerſos orbis reuoluti ſupra centrū .r. ideo ꝙ angulus .b.e.a. eſt equalis angulo .g.e.d. eſtimamus ergo ꝙ angulus b.r.a. eſt minor vnoquoqȝ eoꝝ: ⁊ ꝙ angulus .g.r.d. eſt maior vnoquoqȝ eoꝝ. ¶ Q, ſi nos imaginati fuerimus motū ſtelle ſm modū orbis reuolutionis. ⁊ deſcripſerimus orbē cuius centrū ſit centrū circuli ſignoꝝ: ſupra quē ſint .a.b.g.d. ⁊ cuius cētrū ſit .e. ⁊ eius diameter ſit a.e.g. ⁊ deſcripſerimus ſuper ipſum orbem reuolutionis: ſupra quē reuoluatur ſtella: ſupra quem ſint .r.b.t.k. ſupra centrum .a. et ſit reuolutio centri orbis reuolutionis ſupra orbem cuius centrum eſt centrum orbis ſignorum: ſupra quem ſunt .a.b.g.d. ſimiliter declarabitur nobis: ꝙ cum fuerit motus medius orbis reuolutionis ſupra orbem .a.b.g.d. a puncto .a. verbi gratia ad punctum .b. ⁊ fuerit motus ſtelle etiam ſm hoc exemplum in orbe reuolutionis: tunc cum fuerit ſtella ſupra duo puncta .r. ⁊ .t. non videbitur diuerſitas in puncto .a. quod eſt centrum orbis reuolutionis. Et cum fuerit alibi inter duo pūcta: non erit ita: ſed eſtimabitur verbi gratia: vt cum videatur ſupra pūctum .b. ſit motus eius maior medio ſm arcum .a.b. ⁊ cum fuerit ſupra pūctum .k. eſtimabit̄ ꝙ motus eius ſit minor medio ſm arcum .a.k. ¶ Scḋm modū vᵒ orbis ecentrici erit minor duorum motuū ſemper in longitudine longiore: ⁊ maior eorum erit in lōgitudine propinquiore: eo ꝙ angulus .a.r.b. ſit minor angulo .d.r.g. ſemper. Sed ſm modum orbis reuolutionis poſſibile eſt: vt ſint ambo motus ſimul in longitudine longiore: verbi gratia: ꝙ centrum orbis reuolutionis non moueatur niſi ab occidente ad orientē: qꝺ eſt ab .a. ad .b. Cum ergo motus ſtelle fuerit in orbe reuolutionis a longitudine longiore ab occidente ad orientem etiam: qꝺ eſt ab .r. ad .b. tūc motus ſtelle maior erit in lōgitudine longiore: propter hoc ꝙ duo motus ſimul ſunt in partem vnam. Sed cum motus ſtelle fuerit a longitudine lōgiore in orbe reuolutionis ab oriente ad occidentem: ꝙ eſt ab .r. ad .k. tunc econtrario illius erit motus minor in longitudine longiore: qm̄ motus ſtelle eſt ↄtra motū orbis reuolutionis.




¶ Poſtq̄ȝ ergo hec ita ſunt premittam poſt hec ⁊ dicam: ꝙ quecūqȝ ſtellarum habuerit duas diuerſitates: poſſibile eſt hos duos modos componi in ea: quemadmodum demonſtrabimus illud in libro noſtro de ea cum peruenerimus ad locum eius. Sed quecūqȝ earū fuerit non habens niſi diuerſitatem vnam tm̄ vnus duorum modorū ſufficiet iam nobis in ea. Omne enī qꝺ apparet in vnoquoqȝ duorum modorum reperitur non eis contrarium que ſunt in altero: qm̄ proportiones in vtriſqȝ modis ſimul ſunt vne: ſcȝ cum fuerit ſm modum centri egredientis: proportio ſpacij qꝺ eſt inter duo centra: qꝺ eſt ſpacium aſpectus oculorum a centro egrediēte ad longitudinem centri egredientis ab orbe ſuo: equalis proportioni longitudinis centri orbis reuolutionis ab orbe ſuo ad longitudinem centri orbis ſupra quē reuoluitur orbis reuolutionis ab orbe ſuo. ⁊ etiam tempus in quo erit motus ſtelle in orbe ecentrico ab occidente ad orientem orbe ecentrico fixo ⁊ imobili fuerit equale tēpori in quo erit motus centri orbis reuolutionis in orbe cuius centrū eſt aſpectus oculoꝝ ab occidente ad orientē: ⁊ equale etiā tempori in quo erit motus ſtelle in orbe reuolutionis: ſed eius motus localis erit a longitudine lōgiore ab oriente ad occidentē. ¶ Et poſtq̄ȝ hoc ita eſt: demōſtrabo breuiter: et q̄ȝpaucissimis verbis: ꝙ totū qꝺ apparet: eſt in vtriſqȝ modis equale. Deinde poſt illud oſtendam per numeros computationis diuerſitatem motus ſolis. Et dico primum: ꝙ in vnoquoqȝ duorum modorum erit diuerſitas maior que eſt inter motum equalem ⁊ motum qui apparet diuerſus apud tranſitum ſtelle mediū intellectum cum numerabitur eius curſus a principio motus ſui a longitudine longiore vſqȝquo ſecet quartam orbis ſignoꝝ: ⁊ ꝙ tempus qꝺ eſt a longitudine longiore vſqȝ ad hunc tranſitum medium quē nomina-


nimus: est longius tempore qd est a transitu medio vsq3 ad lõgitudinem propinquiorem Quapropter sm modum orbis centri egredientis similiter erit semper. Sed sm modum orbis reuolutionis cum fuerit motus localis stelle a longitudine longiore in orbe reuolutionis ab oriente ad occidentem: erit tempus quod est a motu minore ad motũ medium: longius tempore quod est a motu medio ad motum maiorem: eo q sm vnumquẽq3 duorum modorũ erit motus minor in longitudine longiore. Et cum fuerit motus localis stelle in orbe reuolutionis a longitudine longiore ab occidente ad orientẽ: erit motus stelle a longitudine longiore econtrario illius: sc3 erit tempus quod est a motu maiore ad medium longius tempore quod est a motu medio ad minorem: qm motus maior erit in longitudine longiore.




Describam itaq3 stelle primũ orbẽ ecẽtricũ: supra quẽ sint.a.b.g.d. supra centrũ.e. ⁊ diametrum.a.e.g. ⁊ ponã in diametro centrũ orbis signorũ: qd est aspectus oculorũ: supra qd sit nota.r. ⁊ faciã transire per.r. lineam ortogonaliter super diametrum.a e.g. supra quã sint.b.r.d. sitq3 stella super duas notas.b.⁊.d. ad hoc vt sit spaciũ earum qd videtur a duobus finibus vsq3 ad punctum.a. qd est longitudo longior quarta circuli. Demonstrabit enĩ tũc q diuersitas maior que est inter motum mediũ ⁊ motum diuersum: erit apud duas notas.b.⁊.d. Protrahã ergo duas lineas.e.b.⁊.e.d. Ex hoc enĩ declarabit q pportio anguli.e.b.r. ad quattuor angulos rectos: est sicut pportio arcus diuersitatis ad totũ circulũ: qm angulus.a.e.b. est sub arcu motus medii. ⁊ angulus.a.r.b. est sub arcu eius qd apparet ex diuersitate. ⁊ superfluũ qd est inter eos est ãgulus.e.b.r. Et dico q nõ erigit alius angulus: qui sit maior vnoquoq3 horũ duorũ angulorũ in circulo.a.b.g.d. super lineã.e.r. Erigant ergo duo anguli apud punctũ.t.⁊ punctũ.k. qui sint angulus.e.t.r.⁊ angulus.e.k r.⁊ protrahã duas lineas.t.d.⁊.k.d. et q2 in omni triangulo linea longior subtendit angulo maiori. ⁊ linea.t.r. est lõgior linea.r.d. erit angulus.t.d.r. maior angulo.d.t.r. sed angulus.e.d.t. est equalis angulo.e.t.d. qm linea.e.d. est equalis linee.e.t. ergo angulus.e.d.r. qui est equalis angulo.e.b.r. erit maior angulo.e.t.r. Et quia etiam linea.d.r. est longior linea.k r. erit angulus.r.k.d. maior angulo.r.d.k. Totus autem angulus.e.k.d. est equalis toti angulo.e.d.k. quoniam linea.e.k etiam est equalis linee.e.d. ergo angulus.e.d.r. residuus qui est equalis angulo.e.b.r. est maior angulo.e.k.r. non est ergo possibile vt erigant anguli alii maiores his duobus angulis sm modum quem prediximus apud duo puncta b.⁊.d. Jam v̓o demonstratum est cum hoc: q arcus.a.b. qui est tempus qd est a motu minore ad motum mediũ: est longior arcu.b.g. qui est apud tempus qd est a motu medio ad motum maiorem: per duos arcus qui videntur ex diuersitate. quoniã angulus.a.e.b. est maior angulo.e.r.b. per angulum.e.b.r.⁊ angulus.b.e.g. est minor eo per ipsum.




Ad hoc v̓o vt declaretur etiam sm modum alium: q ea que accidunt: similiter reperiuntur in eo Describã circulum cuius centrũ sit centrũ mũdi: supra quẽ sint.a.b.g supra centrum.d.⁊ diametrũ.a.d.b.⁊ reuolutionis orbem qui reuoluit sup ipsum ⁊ in eius superficie: supra quem sint.e.r.b. supra centrum.a. sitq3 stella supra punctum.b. cum videtur eius longitudo a puncto longitudinis longioris quarta circuli. Protrahã aũt duas lineas.a.b.⁊.d.b.g. Dico ergo: q.d.b.g. ɔtingit orbẽ reuolutiõis in pũcto.b. ⁊ q apud illum erit diuersitas maior que est inter motũ medium ⁊ diuersum. Et q2 motus medius qui est a longitudine longiore: continetur ab angulo.e.a.b. propter hoc q motus stelle in orbe reuolutionis: ⁊ motus centri orbis reuolutionis in orbe.a.b.g. sunt equalis velocitatis. sed diuersitas que est inter motum medium ⁊ motũ qui videtur: continetur ab angulo.a.d.b. ergo manifestum est: q superfluum quod est inter duos angulos.e.a.b.⁊.a.d.b. qui est angulus.a.b.d. continet spacium qd videtur inter stellam ⁊ longitudinem longiorẽ. Et q2 hoc spacium est quarta circuli: erit angulus.a.b.d. rect⁹. Quapropter erit linea.d.b.g. contingens orbem reuolutionis: supra quem sunt.e.r.b. Arcus ergo.a.g. est diuersitas maior: que est inter motum medium ⁊ motum diuersum. Quapropter arcus.e.b. qui est tempus qd est a motu minore ad motũ medium: sm q declaratũ est hic ex motu locali stelle in orbe reuolutionis: erit maior.b.r. qui est tempus qd est a medio motu ad maiorem per duplũ arcus.a.g. Si enim protraxerimus lineam.d.b.t.⁊ lineauerimus.a.k.t. ortogonaliter super lineam.e.r. erit angulus k.a.b. equalis angulo.a.d.g.⁊ arcus.k.b. similis arcui.a.g.⁊ cũ hoc arcu erit arcus.e.k.b. maior quarta vna. ⁊ arcus.r.b. minor quarta vna cum eo. Et hoc est quod oportuit nos demonstrare.



Demonstrabimus autem per illud qd narrabimus cuiq3 volenti comprehendere scientiam: q totum qd est in motuũ speciebus: sc3 motuũ mediorũ et motuũ qui videntur: ⁊ qd est inter eos ex superfluo (qd est diuersitas) in temporibus equalibus est equale semper sm vnumquẽq3 duorum modorũ. Et describam ad hoc circulum: cuius centrũ sit centrum orbis signorum: supra quẽ sint.a.b.g. supra centrum.d. et circulũ alium ei equalem: cuius centrum egrediatur a centro eius: supra quẽ sint.e.r.b. super centrum.t. super diametrum vnam ambobus cõmunẽ. quã faciam transire supra duo cen-




tra vsqȝ ad punctū.e.qđ est longitudo longior: supra quā sint.e.a.t.d.ꝛ diuidam ex circulo a.b.g.arcum fm quā quantitatē voluerimus: supra quē sint.a.b.Et describā orbem reuolutionis: supra centrū.b.ꝛ fm lōgitudinem.d.t.supra quē sint.k.r.ꝛ protrabam lineam.d.b.k. Dico ergo ꝙ stella in vnoquoqȝ duorū motuū in vno tēpore vadit ad locū sectionis orbis ecentrici ꝛ orbis reuolutionis sine dubio: qui est pūctū.r.ꝛ erūt arcus tres similes: arcus scȝ t.r.orbis ecentrici: ꝛ arcus.a.b.orbis signorū: ꝛ arcus.k.r.orbis reuolutionis.ꝛ diuersitas q̄ est inter motū mediū ꝛ inter diuersum ꝛ motū stelle qui videtur cum hoc toto est fm duos modos cū re vna ꝛ similitudine vna equaliter. Protrabā ergo lineas.r.t.ꝛ.b.r.ꝛ.d.r.fit igitur figura quadrilatera: supra quā sunt.b.d.t.r.ꝛ fiūt omnia duo latera eius opposita equalia: scȝ.t.r.equale.b.d.ꝛ.b.r.equale.d.t.erit ergo quadrilaterū equidistātiū laterum: scȝ.b.d. equidistat.r.t.ꝛ.b.r.equidistat.d.t.erūt ergo tres anguli equales: scȝ angulus.e.t.r.ꝛ angulus.a.d.b.ꝛ angulus.r.b.k.Et qȝ ipsi sunt apud centrum.tūc arcus qui subtendūtur eis sunt similes: scȝ arcus.e.r.circuli ecentrici: ꝛ arcus a.b.circuli orbis signorum: ꝛ arcus.k.r.orbis reuolutionis.Scdm ergo ambos motus in tempore vno vadit stella ad punctum.r.ꝛ ad arcum orbis signoꝝ: quē iam videtur stella secuisse a longitudine longiore. ¶ Hoc vo sequit Ut sit quantitas diuersitatis etiam in vnoquoqȝ duorum modorum vna. Nos enim iā demonstrauimus: ꝙ hec diuersitas fm modū orbis ecentrici continetur ab angulo.d.r.t.ꝛ fm modū orbis reuolutionis continetur ab angulo.b.d r.Hi autem duo anguli sunt equales coalterni: propter hoc ꝙ iam ostendimus: ꝙ.r.t.equidistat.b.d. Et manifestum est ꝙ illud in omnibus longitudinibus erit similiter. Quadrilaterū nāqȝ supra qđ sunt.b.d.r.t.est semper equidistantium laterum.ꝛ motus stelle localis in orbe reuolutionis est qui signat orbē ecentricum cum fuerint proportiones in vnoquoqȝ duorum modorum similes et equales.




DEmonstrabo aūt ꝙ quātitates arcuum similiū: etsi sint diuersarum quantitatū: tū qđ videtur ex eis que accidunt in eis equale est ei quod videtur in illis que sunt equalium quantitatū. ¶ Et ad hmōi exēplum circūducā circulum: cuius centrū sit centrūmundi: supra quem sint.a.b.g supra centrū.d.sitqȝ diameter eius supra quā currit stella in longiore ꝛ propinquiore longitudine: supra quā sint.a.d.g.ꝛ circulus reuolutionis reuolutus supra centrum: scȝ punctū.b.cuius remotio a longitudine longiore est arcus.a.b.fm quam quantitatē voluerimus: supra quē sint.e.r. Moueatur vo stella in orbe reuolutionis fm quātitatē arcus.e.r; qui monstrat esse similis arcui.a.b.ꝑpter hoc ꝙ reuersiones orbium sunt in temporibus equalibus. Protrabam autem lineas.d.b.e.ꝛ.b.r.ꝛ.d.r.ꝛ propter hoc declarabitur ꝙ duo anguli.a.d.e.ꝛ.r.b.e.sunt equales semper.ꝛ ꝙ stella fm hunc modum videtur supra lineam.d.r.


ET dico ꝙ cū fm modū orbis centri egredientis sit ecentricus maior orbe.a.b.g. cuius centrum est centrum mundi: aut sit minor eo: cū fuerint proportiones similes tm: ꝛ reuersiones in tēporibus equalibus: super lineā.d.r.etiā videbitur stella. ¶ Describam aūt orbem ecentr icū: quem ponam maiorem sicut diximus: supra quem sint.b.t.ꝛ sit eius centrum.k.supra diametrum.a.g.Et ponam ipsum etiam minorem: supra quem sint.l.i.supra centrum.n.ꝛ producam duas lineas.d.i.r.ꝛ.d.a.l.fm rectitudinem vsqȝ ad.t.ꝛ ad b.ꝛ protrabam lineas duas.t.k.ꝛ.i.n.ꝛ fit proportio.d.b.ad.b.r.sicut proportio.t.k.ad.k.d.ꝛ sicut proportio.i.n.ad.n.d. sed angulus.b.r.d.est equalis angulo.i.d.b.qm.d.b.ꝛ b.r.sunt equidistantes. Quapropter erūt anguli quibus latera proportionalia subtendūtur quisqȝ minor recto; qm sunt anguli diuersitatis ꝛ equales.s.angulus.b.d.r.ꝛ angulus.d.t.k.ꝛ angulus.d.i.n. Linee ergo.b.d.ꝛ.t.k.ꝛ.i.n.sunt equidistantes. quapropter erūt anguli.a.d.b.ꝛ.a.k.t.ꝛ.a.n.i.equales. Et qȝ omnes sunt super centra orbium: erūt arcus qui subtendūtur eis similes: scȝ arcus.a.b.ꝛ arcus.b.t.ꝛ arcus.l.i.non ergo in tēpore vno secat orbis reuolutionis tm arcū.a.b.Stella aūt secat arcum.e.r.sed stella etiā secat ex orbe ecentrico arcum.b.t.ꝛ arcum.l.i.quapropter videbitur semper super lineam d.i.r.t.sed in orbe reuolutionis cū fuerit supra punctū.r.ꝛ in orbe ecentrico maiore cū fuerit supra punctum.t.ꝛ in orbe ecentrico minore cū fuerit supra punctū.i.Et similiter videbit in locis omnibus fm omnium situs.Et illud est quod oportuit nos demonstrare.



ACcidit aūt in hoc: vt cū stella fuerit visa secuisse duos arcus equalis lōgitudinis a longitudine longiore ꝛ a lōgitudine ꝑpinquiore: tūc diuersitas fit in vnoquoqȝ ipsoꝝ duoꝝ locoꝝ vna. Si eni lineauerimus circulū fm modū orbis ecentrici supra centrū.e.super quē sint.a.b.g.d.ꝛ diameter eius sit.a.e.g.et posuerimus aspectum oculoꝝ super diametrū a pūcto.r.transeūtē super ipsam vsqȝ ad punctū.a.qđ est lōgior longitudo: ꝛ protraxerimus supra pūctū.r.lineā sicut voluerimus: supra quā sint.b.r.d.ꝛ ꝑtraxerimus duas lineas.e.b.ꝛ.e.d.tunc duo arcus supra quos visa est stella pertransisse: erunt oppositi ꝛ equales. Per quod.s.intelligi volumus: ꝙ anguli.a.r.b.qui est longitudinis longioris.ꝛ anguli.g.r.d.qui est lōgitudinis ꝑpinquioris: erit diuersitas vna: qm.b.e.est eqlis e.d,ꝛ angulus.e.b.r,est equalis angulo.e.d.r. Diuersitas ergo que est quātitatis arcus qui



videtur:est vna.s.arcus qui subtenditur vnicuiq3 duorum angulo℞.a.r.b.&.g.r.d.Scdm
quantitatem ergo illius arcus erit arcus motus stelle a pūcto.a.qd est longitudo lōgior:ma
ior motu medio.ꝛ ſm quantitatē illius arcus etiam erit arcus motus stelle qui est a puncto
g.qd est longitudo ꝓpinquior minor. ꝓpter hoc:ꝙ angulus.a.e.b.est maior angulo.a.r.b.
ꝛ angulus.g.e.d.est minor angulo.g.r.d.equaliter.Et illud est qd oportuit nos demōstrare



Quod si lineauerimus circulū ſm modum orbis reuolutionis:cuius centrū sit cen
trū mūdi:supra quē sint.a.b.g.super centrum.d.sitq3 diameter eius.a.d.g.ꝛ supra
orbem reuolutionis sint.e.r.b.ꝛ sit super centrū a.ꝛ protraxerimus a puncto.d.
lineam rectam:supra quā sint.d.b.r.quocūq3 modo voluerimus.ꝛ protraxerim⁹
lineas duas.a.r.ꝛ.a.b.fiet vt arcus.a.b.sit etiam arcus diuersitatis:siue fuerit stella supra pū
ctū.r.siue supra pūctū.b.ꝛ videatur eius longitudo a longitudine longiore in orbe signorū
cū fuerit supra punctū.r.ꝛ longitudo eius a longitudine propinquiore:cū fuerit supra pun
ctum.b.vna.Qm arcus qui videtur a longitudine longiore subtenditur angulo.d.r.a.Jam
eni ostensum est ꝙ ipse est diuersitas:que est inter motū mediū ꝛ motū visionis.ꝛ arcus vi
sionis qui subtenditur angulo.r.b.a.ipse est etiā equalis motui medio qui est a longitudi
ne propinquiore ꝛ diuersitati visionis:sed angulus.d.r.a.est equalis angulo.r b.a.qm linea
a.r.est equalis linee.a.b. Ex his igitur colligitur etiam:vt ſm diuersitatem vnā:que est an
gulus.a.d.b.sit motus medius:qui est apud longitudinem longiorem:maior eo qui videt
Per qd.s.intelligi volumus : ꝙ angulus.e.a.r.est maior angulo.a.r.d.ꝛ motus medius q
est apud longitudinē propinquiorē sit minor eo qui videtur:qui est ipse idē.p qd.s.intelli
gi volum⁹:ꝙ angulus.b.a.d est minor angulo.a.b.r.Et il d ē qd oportuit nos demōstrare.

¶ Capitulū quartū De sciētia eo℞ q̄ apparēt ex diuersitate motus solis i aspectu ꝛ visione.





T postq̄3 premisimus ea que p̄mit
tenda erant de ea:premittemus nūc sermonem de eis que videnť de di
uersitate motus solis:propter hoc ꝙ ipsa est vna. Et ponam tempus qd
est a motu minore vsq3 ad motum medium: longius tempore quod
est a motu medio vsq3 ad motum maiorem. Nos nāq3 iam inuenimus
illud conueniens ei quod videtur ꝛ apparet. Jam ergo possibile est: vt
sit hoc ſm vnūquēq3 horum duorum modo℞. Sed cum ipsum fuerit acceptum ſm modū
orbis reuolutionis:nō erit nisi cū fuerit motus localis solis in arcu longitudinis longioris
ab oriente ad occidentē. Et ꝯuenientior duo℞ modorū quo inuestigatur scientia diuersita
tis motus solis:est modus orbis ecētrici:eo ꝙ ipse est manifestior ꝛ velocior ꝛ facilior:ꝛ ꝙ
ipse est ex vno motu:ꝛ non est ex duobus. Et postq̄3 oportet vt premittamus in hoc inqui
sitionē inuentionis ꝓportionis orbis ecentrici solaris.per qd intelligi volumus ꝓportionē
linee que est inter duo centra.s.centrū orbis ecentrici:ꝛ centrū aspectus oculorū: qd est cen
trū orbis signorum ad lineam que egreditur a centro orbis ecentrici vsq3 ad orbem ipsi⁹. ꝛ
etiā supra quā partem orbis signo℞ cadat pūctū longitudinis longioris orbis ecentrici:tunc
declarabimus illud. Jā eni manifestū fuit h' Abrachis vehemēti studio. Et posuit tēpus qd
est ab eq̄litate vernali vsq3 ad tropicū estiualem nonagintaq̄ttuor dies ꝛ medietatem diei.
Et tempus qd est a tropico estiuali vsq3 ad eq̄litatem autūnalē nonagintaduos dies ꝛ me
dietatem diei. Per ea ergo que declarauit nobis ex hoc tm̄ demonstrabitur quātitas longi
tudinis:que est inter duo centra:quā diximus esse vnā vigintiquattuor partium linee que
progreditur a centro egrediente vsq3 ad orbē suum.Et eius longitudo longior precedit tro
picū estiuū vigintiquattuor partibus ꝛ medietate partis:ſm quantitatem qua est orbis si
gnorū.360 partes. Nos quoq3 similiter inuenimus duo tempora harū duarum quartarū
ꝛ has proportiones.ꝛ ex hoc declarabiť nobis:ꝙ orbis ecentricus fixus est in loco suo sem
per a duobus punctis equalitatis ꝛ conuersionis.Et vt non pretermittamus dicere hūc lo
cum:sed eius demonstremus scientiam nostra computatione:ponemus eius declarationē
per orbē ecētricū.ꝛ assumemus in declaratione illius has causas apparentes ꝛ manifestas:
que sunt sicut premisimus:ꝙ tempus qd est ab equalitate vernali vsq3 ad tropicum estiua
lem est.94.dies ꝛ medietas diei.ꝛ tēpus qd est a tropico estiuali vsq3 ad equalitatem au
tumnalem est.92.dies ꝛ medietas diei. ¶ Nos quoq3 similiter reperimus numerū dierū
horū duorum spacio℞ certificatione nostrarum considerationū de temporibus equalitatis
ꝛ conuersionis estiue:quas considerauimus in anno.463.post mortem Alexandri con
sequentem.Quoniam (sicut diximus) fuit equalitas autumnalis in nono die mensis athur
post ortum solis. Et equalitas vernalis fuit septimo die mensis mathur:post medium diē.
Aggregantur ergo inter duas considerationes ex numero dierum.178.dies ꝛ quarta diei.
Et fuit conuersio estiua vndecimo die mensis mesur post mediam noctem: cuius mane fuit
duodecimus dies mēsis mesur.Aggregatio igiť numeri dierū:qui fuerūt ab equalitate ver
nali vsq3 ad ꝯuersionē estiuā fuit.94.dies ꝛ medietas diei.ꝛ remāserūt ex numero dierum


q̄ sunt a tropico estiuali vsq3 ad eq̄litatē autūnalē q̄ est post ipsum.92.dies ⁊ medietas diei.

Describam autem circulum orbis signoꝝ:supra quē sint.a.b.g.d.supra centrum.e.⁊ describam duas eius diametros sese ortogonaliter secātes:⁊ euntes supra duo pūcta conuersionū ⁊ duarū equalitatū:supra quas sint.a.b.g.d.sitq3 punctum.a.equalitas vernalis.⁊ punctū.b.ↄuersio estiualis.⁊ que sunt post hec apposita sint ſm q̄ oportet. Manifestum est igitur:q̄ centrū orbis egredientis centri cadit inter duas lineas.e.a.⁊.e.b eo q̄ medietas circuli:supra quam sunt.a.b.g.est longius tempus medietate anni.quapropter secat ⁊ comprehendit arcum orbis centri egredientis maiorem medietate circuli.Et quarta:supra quā sunt.a.b.longius tempus est quarta.b.g.⁊ secat ex orbe egredientis centri ⁊ comprehendit arcū maiorē eo quē cōprehendit.b.g.Et qm̄ quidē hoc ita est.ponam punctū.r.centrū orbis egredientis centri.⁊ protrabam semidiametrum super duo centra:⁊ supra longitudinem longiorem:supra quā sint.e.r.b.⁊ describā circulū orbis egredientis centri(qui est solis)super centrū.r.⁊ ſm longitudinem quā voluerimus:supra quē sint.t.k.l.m.⁊ faciam transire duas lineas supra centrū.r.equidistantes duabus lineis.a.g.⁊ b.d.supra quarū vnam sint.n.s.q.equidistantem.a.g.⁊ supra alteram.f.c.r.equidistantem b.d.a puncto quoq3.t.ad lineam.n.s q.protrabam perpendicularē:supra quā sint.t.o.p.⁊ a puncto.k.ad lineam.f.c.r.perpendicularem:supra quā sint.k.v.x.Et q2 sol trāseundo super orbem t.k.l.m.per motū suū mediū secat arcū.t.k.in.94.diebus ⁊ medietate diei.⁊ secat arcum.k.l.in nonagintaduobus diebus et medietate diei.⁊ est motus eius medius in.94.diebus ⁊ medietate diei.93.partes ⁊ fere.9.minuta:ſm quantitatē q̄ circulus est.360.partes.et in.92.diebus et medietate diei.91.partes ⁊.11.minuta.erit ergo portio.t.k.l.184.partes ⁊.20.minuta.⁊ erūt duo arcus.t.n.⁊.l.q.qui sunt residui post medietatem circuli q̄ttuor partes ⁊.20.minuta.vnusquisq3 ergo eorum erit due partes ⁊ decē minuta. Duplū autem arcus.t.n.est.t.p.ergo est quattuor partes ⁊.20.minuta.⁊ erit eius chorda q̄ttuor partes ⁊.32.minuta fere ſm quantitatem qua erit diameter orbis centri egredientis.120.partes. Et eius medietas:que est.t o.⁊ est equalis.e.s.erit due partes ⁊.16.minuta. Et etiā q2 tota portio.t.n.f.k.est.93.partes ⁊.9.minuta.⁊.t.n.due partes ⁊ decē minuta:⁊ quarta supra quā sunt.n.f.90.partes.remanet arcus.f.k.cifre ⁊.59.minuta.⁊ duplum eius:quod est k.f.x.pars vna ⁊.58.minuta.Et eius chorda que est.k.v.x.erit due partes ⁊ quattuor minuta ſm quantitatem qua diameter orbis egredientis centri est.120.partes.⁊ eius medietas que est.k.v.⁊ est equal'.r.s.est pars vna ⁊ duo minuta. Jā v̇o ostensum fuit:q̄ linea.e.s.est due partes ⁊.16.minuta.Et q2 cū cōiunxerimus qd̄ aggregatur ex multiplicatione cuiusq3 earū in se:erit equale multiplicationi.e.r.in se.ergo erit longitudo linee.e.r.due partes ⁊.29.minuta ⁊ medium fere:ſm quantitatem qua erit linea que est a centro egrediente vsq3 ad ipsius orbem.60.partes.Linea ergo que egreditur a centro egrediente ad ipsius orbem est equalis longitudini:que est inter duo centra.24.vicibus fere.¶ Et etiam q2 iam est ostensum:q̄ linea.e.r.est due partes ⁊.29.minuta ⁊ mediū:⁊ fuit linea.r.s.pars vna ⁊ duo minuta:ergo ſm quātitatē qua erit chorda.e.r.120.partes:erit linea.r.s.ſm eā.49.partes ⁊.46.minuta fere.⁊ arcus qui erit super ipsam orbis descripti supra triangulum.e.r.s.ortogoniū:erit.49.partes:ſm quantitatem qua erit circulus.360.partes. Angulus ergo.r.e.s.erit ſm quantitatem qua erunt duo anguli recti.360.partes.49.partes.⁊ ſm quātitatem qua erūt quattuor anguli recti.360.partes:erit.24.partes ⁊.30.minuta.Et q2 angulus est apud centrum orbis signorum:erit arcus.b.h.qui est inter longitudinem lōgiorem ⁊ inter tropicum estiuū.24.ptes ⁊.30.minuta.⁊ remanebit vnaqueq3 duarū quartarū:supra quas sunt.q.r.⁊.r.n.90.partes. Unusquisq3 autem arcuū.q.l.⁊.t.n.est due partes ⁊ decem minuta.⁊.m.r.est cifre ⁊.59.minuta. ergo arcus.l.m.erit.86.partes ⁊.51.minuta.⁊ arcus.m.t.erit.88.partes ⁊.49.minuta.Sol v̇o secat has.86.partes ⁊.51.minuta per motum suū medium in 88.diebus ⁊ octaua diei fere.⁊ secat.88.partes ⁊.49.minuta in.90.diebus ⁊ octaua diei fere. Propter hoc ergo videbit̄ sol secare arcū.g.d.q̄ est ab equalitate autūnali ad ↄuersionē hiemalē in.88.diebus ⁊ octaua diei.⁊ arcū.d.a.q̄ est a tropico hiemali ad eq̄litatē vernalē in.90.diebus ⁊ octaua diei fere. Jā ḡ inuenimus ex h̄ qd̄ diximus ↄuenire dicto Abrachis.


Ecūdū similitudinē v̇o harū quātitatū inquirā p̄mo quanta sit maior diuersitas que est inter motū mediū:⁊ motū qui videt̄.⁊ apud que pūcta sit hec.¶ Describā itaq3 circulū orbis egredientis centri:supra quē sint.a.b.g.supra centrū.d.⁊ diametrū transeuntē a puncto.a.qd̄ est lōgitudo longior:supra quā sint.a.d.g.⁊ sit supra ipsam centrū orbis signorum supra punctū.e.⁊ protrabam a puncto.e.lineam ortogonaliter supra lineam.a.g.que sit.e.b.⁊ protrabam lineam.d.b.Et q2 ſm quantitatem qua erit linea.b.d.que est a centro ad circulū.60.partes:erit.d.e.que est inter duo centra due partes ⁊.30.m̄.fere.ergo proportio.b.d.ad.d.e.est vigiesquater tātū.Scd̄m quantitatē ergo qua chorda.b.d erit.120.partes:erit linea.d.e.quinq3 partes.⁊ arcus qui erit supra ipsam circuli ↄtinentis triangulū.b.d.e.ortogonaliter:erit quattuor partes fere ⁊.46.minuta fere ſm







quantitatem qua erit circulus.360.partes. Quapropter angulus.d.b.e. ſm illas quantitates erit quattuor partes ⁊.46.minuta:qui eſt angulus continens diuerſitatem maiorem.et erit hoc ſm quantitatem qua erunt duo anguli recti.360.partes: quattuor partes ⁊.46. minuta. ⁊ ſm quantitatem qua erunt quattuor anguli recti.360. partes: erit due partes ⁊.23.minuta.⁊ ſm illas quantitates:erit angulus.b.e.d.rectus.90.partes. et angulus equalis duobus angulis: qui eſt angulus.b.d.a. manifeſtum eſt ꝙ eſt.92.partes ⁊.23.minuta.Et quia ipſi ſunt apud duo centra.ſ angulus.b.d.a.apud centrum egredientis:⁊ angulus b.e d.apud centrum orbis ſignorum: erit diuerſitas maior: que eſt inter motum medium: ⁊ inter motum viſionis due partes ⁊.23.minuta. ⁊ erunt duo arcus apud quos erit illud ſcꝫ arcus orbis centri egredientis:qui eſt motus equalis vel medius.92. partes ⁊.23.m. a longitudine longiore. ⁊ arcus orbis ſignoꝝ:qui eſt motus viſionis diuerſe:erit q̄rta:ſcꝫ.90 partes:ſicut iam oſtendimus.Ex his aũt que demonſtrauimus declarabiť:ꝙ diuerſitas maior erit in medietate orbis oppoſita huic medietati.⁊ motus qui videtur medius erit ſuper 270.partes a longitudine lōgiore.⁊ motus equalis qui eſt ſuꝑ orbē centri egrediētis:erit a longitudine lōgiore etiā ſuper.267.ptes ⁊.37.m̄.Et illud eſt qḋ oportuit nos demōſtrare.





AD hoc autem vt demonſtremus etiā ſm modũ orbis reuolutionis per numeros: ꝙ quātitates ille ſunt vne:cum proportiones fuerint ſm ꝙ diximus: Deſcribam circulum:cuius centrum ſit centrum orbis ſignorum:ſupra quem ſint.a.b.g ſuper centrum.d.⁊ diametrum.a.d.g.⁊ orbem reuolutiōis:ſupra quem ſint.e.r.b.ſupra centrum.a.Et protrabam a.d.lineam ꝯiungentē orbem reuolutionis:ſupra quam ſint.d.r.b ⁊ protrabā lineam.a.r.erit ergo in triangulo.a.d.r.orthogonio linea.a.d.vigeſieſquater tantum quantum linea.a.r. Et ſm quantitatē qua erit diameter.a.d.120.partes:erit linea.a.r. quinqꝫ partes.et arcus qui erit ſupra ipſam orbis deſcripti ſuper triangulum.a.r.d.orthogonium:erit quatuor partes ⁊.46.minuta:ſm quantitatem qua erit orbis.360.partes. Angulus ergo.a d.r.tūc ſm partes quibus duo anguli recti ſunt.360.partes erit.4.partes ⁊.46. minuta.⁊ ſm partes quibus quattuor anguli recti ſunt.360.partes:erit due partes ⁊.23.minuta.Diuerſitatem ergo maiorem:que eſt arcus.a.b.iam inuenimus ꝙ conuenit eſſe partes duas ⁊.23.minuta.Sed arcus motus diuerſi:quia ſubtendiť angulo.a.r.d.orthogonio:erit 90.partes.⁊ arcuſ motus medii:qui ſubtenditur angulo.e.a.r.erit.92.partes ⁊.23.minuta Et ex hoc etiam erit arcus motus centri orbis reuolutionis.92.partes ⁊.23.minuta. Et illud eſt quod oportuit nos declarare.

Capitulum Quintum De inquiſitionibus particularibus ex diuerſitate.




t vt poſſimus habere cognitionem partium diuerſitatis motuum in omni hora Demonſtrabo etiam ſm vnũquodqꝫ duorum modoꝝ:cum ſcitus fuerit aliquis horum arcuũ poſitorum:qualiter ſciantur arcus reliqui.Deſcribam ergo primũ circulũ: cuius centrum ſit centrum orbis ſignoꝝ:ſupra quē ſint.a.b.g.ſupra centrum.d.⁊ orbem centri egredientis: ſupra quem ſint.e.r.b.ſupra centrũ t.⁊ diametrum tranſeuntem ſupra centra eorum: ⁊ ſupra punctum.e.quod eſt longitudo longior:ſupra quam ſint.e.a.t.d.Et ſeparabo arcum.e.r.quem ponam primum verbi gratia 30.partes.Et protrabam duas lineas.r.d.⁊.r.t.⁊ producam lineam.r.t.vſqꝫ ad.k.Et protrabam a.d.perpendicularem ſupra lineam.r.t.k.que ſit.d.k.Et quia arcus.e.r.iam poſitus eſt 30.partes:erit angulus.e.t.r.qui eſt equalis angulo.d.t.k.30.partes:ſm quantitatem qua ſunt quatuor anguli recti.360.partes.et ſm quantitatem qua erunt duo anguli recti.360 partes:erit.60.partes. Arcus ergo qui eſt ſuper.d.k.erit.60.partes:ſm quantitatē qua erit circulus ꝯtinens triangulum.d.t.k orthogonium.360.partes.Et arcus qui eſt ſupra.k.t.qui eſt reſiduus ad complendam medietatem circuli:eſt.120.partes.Et erunt eorum chorde.ſ. chorda.d.k.60.partes:ſm quantitatem qua erit.d.t.chorda.120.partes.Et erit chorda.k.t ſm illam quantitatem.103.partes ⁊.55.minuta.Quapropter ſm quantitatem qua erit linea.d.t.due partes ⁊.30.minuta.et linea.r.t.que eſt a centro.60.partes:erit.k.d.pars ⁊.15 minuta.et.k.t.ſm eandem due partes ⁊.10.minuta.et tota linea.k.t.r.62.partes ⁊.10.minuta. Et quia cum diunxerimus multiplicationem cuiuſqꝫ earum in ſe:erit equalis multiplicationi.r.d.in ſe:erit chorda.r.d.62.partes ⁊.11.minuta fere:ſm quantitatem qua fuit.d.k pars ⁊.15.minuta. Scdm quantitatem ergo qua erit linea.r.d.120.partes:erit linea.d.k. due partes ⁊.25.minuta.⁊ arcus qui eſt ſuper ipſam due partes ⁊.18.minuta:ſm quantitatem qua circulus continens triangulum.d.r.k.orthogonium:erit.360.partes.Quapropter erit angulus.d.r.k.due partes ⁊.18.minuta:ſm quātitatē qua erunt duo anguli recti.360. partes.⁊ ſm quantitatē qua erunt quatuor anguli recti.360.partes:erit pars ⁊.9.minuta. Illud ergo eſt diuerſitas que erit tunc.Et ſm illam quātitatē erit angulus.e.t.r.30.partes. Angulus ḡ.a.d.b.reliquus:cui ſubtēdiť arcus.a.b.orbis ſignoꝝ:erit.28.ptes ⁊.51.minuta.






Iam vo declarabit: ꝙ cum scitus fuerit angulus alius preter hunc angulū: scientur anguli reliqui: cum nos lineauerimus in simili huius figure perpēdicularem a puncto.t.ad lineam.r.d.supra quā sint.t.l. Si enim fecerimus arcum.a.b.orbis signorum notum: qui subtenditur angulo visionis.b.d.a.erit propter hoc proportio linee.d.t.ad lineam.t.l.nota. sed proportio.d.t.ad.t.r.est nota. ergo proportio.t.r.ad.t.l. est nota. quapropter erit angulus.t.r.d.qui est diuersitas notus. ꝛ angulus.e.t.r.cui subtenditur arcus.e.r.orbis centri egredientis notus. ¶ Et si nos fecerimus diuersitatem notam: que est angulus.t.r.d.erit similiter econtrario. et propter hoc erit proportio.r.t.ad t.l.nota. Et iam sciuisti prius proportionem.r.t.ad.t.d.quapropter erit proportio.t.d.ad.t.l.nota. Et scies ex eo angulū.t.d.l.cui subtenditur arcus.a.b.orbis signoꝝ. ꝛ erit angulus.e.t.r.cui subtenditur arcus.e.r.orbis centri egredientis notus: sm illam proportionem.

Describam etiam circulum cuius centrum sit centrum orbis signorum: supra quē sint.a.b.g.super centrum.d. ꝛ diametrum.a.d.g. ꝛ orbem reuolutionis sm similitudinem siue proportionem illius: supra quem sint.e.r.b.t.super centrum.a. Et separabo arcum.e.r.quē etiam ponam.30.partes. Et protrahā duas lineas.r.b.d. ꝛ.r.a.et producam ab.r.perpendicularem super lineam.a.e.que sit.r.k. Et quia arcus.e.r.est 30.partes: erit angulus.e.a.r. sm quantitatem qua sunt quatuor anguli recti.360.partes 30.partes. ꝛ sm quantitatē qua sunt duo anguli recti.360.partes: erit.60.partes. Quapropter arcus qui est supra.r.k.erit.60.partes: sm quantitatem qua erit circulus cōtinens triangulum.a.r.k.ortogonium.360.partes. Et arcus qui est supra.a.k.qui est reliquus ad complendam medietatem circuli erit.120.partes. Et erunt eorum chorde.s.chorda.r.k.60.partes: sm quantitatē qua diameter.r.a.est.120.partes. Et chorda.k.a.sm illā quātitatē.103 partes ꝛ.55.minuta. Quapropter sm quantitatē qua erit linea.a.r.due partes ꝛ.30.minuta. ꝛ.a.d.que est a centro ad orbem signoꝝ.60.partes: erit linea.r.k pars ꝛ.15.minuta. et linea.k.a.sm illam quantitatem due partes ꝛ.10.minuta. Et tota.k.a.d.62.partes ꝛ.10.minuta. Et quia aggregatum ex ductu duarum linearum.r.k. ꝛ.k.d.in se: est equale ductui.d.r. in se: erit.d.r.in longitudine.62.partes ꝛ.11.minuta: sm quantitatem qua fuit linea.r.k. pars ꝛ.15.minuta. Scōm quantitatem ergo qua erit chorda.d.r.120.partes: erit linea.r.k due partes ꝛ.25.minuta. et arcus qui est supra.r.k.due partes ꝛ.18.minuta. sm quantitatem qua erit circulus continens triangulum.d.r.k.ortogoniū.360.partes. Quapropter angulus.r.d.k.erit due partes ꝛ.18.minuta: sm quantitatem qua erunt duo anguli recti.360 partes. ꝛ sm quantitatē qua erunt quattuor anguli recti.360.partes: erit pars ꝛ.9.minuta. ergo illud est diuersitas arcus.a.b. Et sm illam quantitatē etiam est angulus.e.a.r.30.partes. Remanet ergo angulus.a.r.d.cui subtenditur arcus visionis: qui est orbis signorū.28. ptes ꝛ.51.m̄. Et illud est qd̄ iā inuenit ei qd̄ iā ostēsū est sm modū orbis cētri egredictis.




Et silr cū fuerit angulus alius notus: erunt reliqui anguli noti: cū protraxerimus in eadē vel in simili huius forme perpendicularem a pūcto.a.ad lineā.d.r.supra quam sint.a.l.et si postea posuerimus arcum visionis orbis signorū notū: qui est angulus.a.r.d.erit propter hoc proportio.r.a.ad.a.l.nota. Et postꝙ iam prius facta fuit proportio.r.a.ad.a.d.nota: erit proportio.d.a.ad.a.l.nota. Quapropter erit angulus a.d.l qui est arcus.a.b.notus. ꝛ illud est diuersitas. ꝛ angulus.e.a.r. qui est arcus e.r.orbis reuolutiōis erit notus. ¶ Et si nos fecerimus diuersitatem notam: scꝫ angulum.a.d.b.econtrario erit propter hoc proportio.a.d.ad.a.l.nota. Et quia iam sciuisti prius proportionem d.a.ad.a.r.erit proportio.r.a.ad.a.l.nota.quapropter erit angulus.a.r.d.notus: qui est arcus visionis orbis signoꝝ. ꝛ angulus.e.a.r.qui est arcus.e.r.orbis reuolutionis erit notus.




Et etiam in forma orbis centri egredientis hac separemus arcum.b.r.a puncto.b quod est longitudo propinquior orbis centri egredientis. ꝛ ponamus ipsum notum: scꝫ.30.partes sm illas quantitates. ꝛ protrahamus lineas.d.r.b. ꝛ.t.r. ꝛ protrahamus perpendicularem a puncto.d.super lineam.t.r.supra quam sint.d.k. Et quia arcus.r.b.est.30.partes: angulus.r.t.b.sm quantitatem qua sunt quatuor anguli recti.360.partes: erit.30.partes. ꝛ sm quantitatē qua sunt duo anguli recti.360.partes: erit 60.partes. Quapropter arcus qui est super lineam.d.k.erit.60.partes sm quantitatem qua erit circulus continens triangulum.d.t.k.ortogoniū.360.partes.et arcus qui est super.k.t. qui est residuum medietatis circuli: est.120.partes. Linee ergo que subtendunt eis: scꝫ.d.k. est.60.partes: sm quantitatem qua erit diameter.d.t.120.partes. Et chorda.k.t.sm quantitatem eandem erit.103.partes ꝛ.55.minuta. Scōm quantitatē ergo qua erit chorda.d.t. due partes ꝛ.30.minuta. ꝛ chorda.t.r.que est a centro ad circulū.60.partes: erit linea.d.k. pars ꝛ.15.minuta. ꝛ similiter.t.k.erit due partes ꝛ.10.minuta. ꝛ residuum erit.57.partes ꝛ 50.minuta. Et quia aggregatū ex multiplicatione cuiusqꝫ duaꝝ lineaꝝ.d.k.et.k r.in se: est equale multiplicationi.d.r.in se.erit longitudo.d.r.57.partes ꝛ.51.minuta fere: sm quātitatem qua est.d.k.pars ꝛ.15.minuta.ergo sm quantitatem qua erit chorda.d.r.120.partes:

erit linea.d.k.due partes ⁊.34.minuta. ⁊ arcus qui est super ipsam erit due partes ⁊.27.minuta: fm quantitatem qua erit circulus continens triangulum.d.r.k.ortogonium.360.partes. Quapropter erit angulus.d.r k due partes et.27.minuta: fm quãtitatem qua sunt duo anguli recti.360.partes. sed fm quãtitatem qua sunt quatuor anguli recti.360.partes: erit pars et.14.minuta fere. illud ergo est diuersitas. Et quia fm illas quantitates fit angulus r.t.b.30.partes: erit totus angulus.b.d.g. q̃ est arcus.g.b.orbis signor̃.31.partes et.14.m̃.




Et in eadem vel simili illius protrabam lineam.b.d. ⁊ producã super eam perpendicularem a puncto.t.que sit.t.l. Si ergo nos posuerimus arcum.b.g.orbis signorum: qui est anguli.t.d.l.notum: erit ꝓportio linee.d.t.ad.t.l.nota. Et postq̃ iam sciuisti prius proportionem linee.d.t.ad.t.r.erit proportio.r.t.ad.t.l.nota.quapropter sciemus angulum.t.r.d.qui est diuersitas. Et sciemus angulum r.t.d.qui est arcus.b.r.orbis centri egredientis. ¶ Et si nos posuerimus diuersitatem notam: per quod scʒ intelligi volumus angulũ.t.r.d.sciemus propter hoc ecõtrario ꝓportionẽ.r.t.ad.t.l. Et qꝛ iã sciuisti prius ꝓportionẽ.r.t.ad.t.d.erit ꝓportio.d t.ad.t.l.nota.q̃propter erit angulus.t.d.l.notus: q̃ est arcus.g.b.orbis signor̃. Et erit etiã ãgul⁹.r.t b.q̃ est arc⁹.b.r.orbis cẽtri egredientis not⁹.

Et similiter in forma precedente circuli: cuius centrum est centrum orbis signor̃: ⁊ circuli orbis reuolutionis: separabo arcum a puncto.t.quod sit longitudo propinquior: supra quem sint.t.b. ⁊ sit quemadmodum posuimus.30.partes.et protrabam duas lineas.a.b. ⁊.d.b.b r. ⁊ producam perpendicularem a puncto.b.sup lineam.a.g.que sit.b.k. Et quia etiam arcus.t.b.est.30.partes: erit angulus.t.a.b.30.partes fm quantitatem qua quatuor anguli recti sunt.360.partes. Et fm quantitatẽ qua sunt duo anguli recti.360.partes: erit.60.partes. quapropter arcus qui est super lineam b.k.circuli continentis triangulum.b.k.a.ortogonium: erit.60.partes: fm quantitatẽ qua est circulus 360.partes. Et arcus qui est super lineam.a.k.residuus medietatis circuli erit.120.partes. Et erunt chorde eor̃ scʒ chorda.b.k.60.partes: fm quantitatem qua erit diameter.a.b.120 partes. Et chorda.a.k.fm illas quantitates erit.103.partes ⁊.55.minuta. Scđm quantitatem ergo qua linea.a.b.erit due partes ⁊.30.minuta: et linea.d.a.que est a centro ad circulũ 60.partes erit linea.b.k pars ⁊.15.minuta. Et similiter linea.a.k.due partes ⁊.10.minuta Et linea.k.d.residua.57.partes ⁊.50.minuta. Et quia aggregatum ex ductu cuiusq; earum in se: est equale ductui.d.b.in se.erit longitudo.d.b.57.partes ⁊.51.minuta fere: fm quantitatem qua fuit linea.k.b.pars ⁊.15.minuta. Scđm quantitatem ergo qua erit chorda.d.b 120.partes: erit chorda.b.k.due partes ⁊.34.minuta. Et arcus qui erit sup ipsam due partes ⁊.27.minuta fm quantitatem qua erit circulus continẽs triangulum.d.b.k.ortogoniũ 360.partes. Quapropter angulus.b.d.k.erit due partes ⁊.27.minuta: fm quãtitatem qua sunt duo anguli recti.360.partes. Et fm quantitatem qua sunt quatuor anguli recti.360.partes: erit pars vna et.14.minuta fere. Illud ergo est quantitas diuersitatis. Et quia fm quãtitatẽ hãc angulus b.a.k.est.30.ptes: erit totus angulus.b.b.a.qui est arcus visionis orbis signor̃.31.ptes ⁊.14.m̃. Qđ cõueniẽs est quãtitati quã iuenim⁹ in orbe cẽtri egredientis.



Et similiter cum protraberetur perpendicularis.a.l.supra lineã.b.b.et fecerimus arcum orbis signorum notum qui est anguli.a.b.l. erit propter hoc proportio.a.b. ad.a.l.nota. Et postq̃ iam prius sciuisti proportionem.b.a.ad.a.d.erit proportio d.a.ad.a l.nota. Quapropter erit angulus.a.d.b. qui est arcus.a.b. notus. qui est quantitas diuersitatis Et angulus.b.a.t.qui est arcus.t.b.orbis reuolutionis erit etiam notus. ¶ Et si nos etiã fecerimus arcũ a.b.qui est quãtitas diuersitatis notũ: qui est angulus.a.d.b.sic ecõtrario sciemus ꝓportionẽ d.a.ad.a.l. Et qꝛ iã prius sciuisti ꝓportionẽ.d.b ad.b.a.scies ꝓportionẽ.b.a.ad.a.l. Quapropter erit angulus.a.b.l.q̃ est arcus visiõis circuli orbis signor̃ notus. Et ãgul⁹.t.a.b.q̃ est arcus.t.b.orbis reuolutiõis not⁹. Iã ergo claruit illud.



¶ Capitulum Sextum De diuisione tabularum portionum particularium diuersitatis.



Et quia iam ostendimus φ luna fuit in tempore medio eclypsis que fuit secunda trium eclypsium antiquaꝝ per cursum suum medium in longitudine in quartadecima parte τ quadragesimoquarto minuto virginis.τ per cursum diuersitatis in duodecima parte τ vigesimoquarto minuto a longitudine longiore orbis reuoluentis.et fuit locus eius in tempore medio eclypsis : que fuit secũda trium eclypsium nostri temporis nouarum per cursum suum medium(sicut ostẽdimus) in longitudine in vigesimanona pte τ trigesimo minuto arietis.Et p cursum diuersitatis in sexagesima quartaparte τ trigesimooctauo minuto a longitudine longiore Tunc manifestuꝫ est:φ in hoc tempore quod est inter duas eclypses:secuit luna per cursum suuꝫ mediũ post reuolutiones integras in longitudine.224.partes τ.46.minuta. τ per cursum diuersitatis 52.partes τ.14.minuta.Et tempus quod fuit inter annum secũdum annorũ Mardochei: transacto decimooctauo die mensis thot: qui est vnus mensis egyptiorum: cuius mane fuit dies decimusnonus:ante mediam noctem fm medietatem τ tertiam hore equalis:τ inter annum decimumnonum annorum Adriani:transacto secundo die mẽsis sangnach:qui est vnus mensium egyptiorum.cuius mane fuit dies tertia:ante medietatẽ noctis per vnã horaꝫ equalem:continet.854.annos τ.73.dies τ.23.horas τ medietatẽ τ tertiã hore equalis:fm sermonem absolutum.τ fuerũt fm veritatem per equationem diuersitatis dierũ cũ ctibus suis.23.hore τ tertia hore.τ fuit numerus summe dierum eius.311783.dies τ.23 hore τ tertia hore. Et inuenimus hoc tempus ex eis quorum premisimus narrationem de motibus lune in diebus superfluere post reuolutiones integras per motũ medium ante eq̃tionem fm cursuꝫ longitudinis.224.partibus τ.46.minutis. τ fm cursuꝫ diuersitatis.52 partibus τ.31.minutis.Superfluitatem vero cursus longitudinis inuenimus (quemadmodum diximus)non diuersificari ab eo qđ aggregatur ex superfluitate que est ꝓpter considerationes nostras positas.Superfluitatem autem cursus diuersitatis inuenimus augeri decem τ septem minutis.Quapropter quia posituri sumus tabulas τ ea que volumus de eq̃tione motuum dierũ : diuisimus hec decem τ septem minuta per numerum horum dierum positorum:τ dedimus diei vni portionem suam.11.quarta τ.46.quinta τ.39.sexta.τ minuimus illud ex motu diei vnius medij cursus diuersitatis comprehẽso ante equationem. τ inuenimus residuum equatũ.13.partes τ.3.minuta τ.53.secũda τ.56.tertia τ.17.quarta τ.51.quinta τ.59.sexta.Et postea duplauimus illud:τ posuimus in tabulis.

¶ Capituluꝫ octauũ De scientia loci lune ex motu eius medio in lõgitudine τ diuersitate.

Ab hoc vt equemus loca eius in primo annorum Nabuchodo.in primo die mensis thot:in media die:qui est vnus mẽsium egyptiorum: Accipiemus tempus quod est inter hãc horam τ inter horam temporis medij eclypsis secunde trium eclypsiuꝫ primarum.que sunt propinquiores huic hore:que fuit (quemadmodũ diximus)in secundo annorum Mardochei decem τ octo diebus mensis thot transactis.cuius mane fuit decimusnonus dies:ante medietatem noctis per medietatem τ tertiam hore equalis.τ inueniemus illud.27.annos egyptios:τ.17.dies:τ.11.horas:τ sextam hore equalis:fm sermonem absolutum:τ fm veritatẽ fere.τ inueniemus illõ quod opponitur huic tempori in tabulis post reuolutiones integras ex superfluitate in lon

gitudine quidem. 123. partes 7.22. minuta. 7 in diuersitate. 103. partes 7.35. minuta. Cū ergo minuerimus illud ex loco lune in tempore medio eclypsis secūde. s. vnūquodq; ex suo relatiuo ei proprio. erit quod remanebit locus lune medius in primo annorum Nabuchodono. in prima die mēsis thot: in media die: in longitudine quidē in. 11. parte 7.22. minutis tauri. 7 in cursu diuersitatis a longitudine longiore orbis reuoluētis in. 268. partibus 7 49. minutis. Et manifestū est q longitudo que est inter solem 7 lunā est. 70. partes 7.37. minuta. Iā eniz ostensū est q locus solis fuit in eo tpe q̄dragesimūquintū minutū piscis.

¶ Capitulū nonū De scia equādi reuolutiōes lune medias in latitudine 7 loca eius.




Euolutiones quidem motuū lune in longitudine 7 diuersitate 7 loca eius sunt sicut iaz equauimus ea per h capitula. In latitudine autem dico primum q errauimus: cū nos operati fuimus sicut opatus est Abrachis. 7 putauimus q luna numerat orbem sui sercentis 7 sexaginta vicibus fere. 7 numerat circulum vmbre bis 7 semis: sm quantitatem longitudinis medie in applicatione lune 7 solis in coniunctione 7 oppositione. Cū enim fuerit illud positū ita: 7 fuerit quantitas declinationis orbis lune decliuis nota: erunt termini diuisionum eclypsium noti. Nos namq; cum acceperimus longitudines eclypticas: inueniemus ex magnitudine tenebrarū lune in tpe medio eclypsis veritatem reuolutionū amborū nodo℞ in latitudine in orbe a motib⁹ decliui. Per quantitatem enim qua iam ostensum est nobis ex diuersitate 7 cognouimus motus reuolutionum quidem verarum: similiter inueniemus loca reuolutionum in latitudine in temporibus mediis eclypsiū: 7 superfluitatē qua superfluit luna in tempore qđ est inter duas eclypses post reuolutiones integras. Nunc autē iam accepimus capitula pulchra inuenta absq; illis capitulis: que nobis sufficiunt. 7 non indigemus aliquo eorum quorū premisimus narrationem in compreheñsione quesiti. Quibus quidē ostēdimus: q illud qđ nos comprehendimus ex cursu latitudinis ꝓpter magnitudinem tenebrarum 7 longitudines 7 illos modos: falsum est 7 erroneum. 7 equauimus ipsū per hoc. Et similiter fecimus in modis saturni et iouis: vbi inquisiuimus 7 nouimus quasdā res que nō fuerunt assumpte sm veritatem suam. qm̄ inuenimus in fine nostrarum considerationum non eē dubitationem. Jam vo opus est inuestigatoribus huius scientie cum inquisitione veritatis sm veritatem 7 valde caute in ea cum perscrutatiōe 7 studio: ne remoueant equationem modorū precedētium tm̄ quos posuerunt antiqui per illud qđ inuenerūt ex considerationibus veris: in quibus non est dubitatio. verum remoueāt 7 equent errorem si fuerit in aliquo eorū que ipsi posuerunt. 7 neq; abhorreant illud neq; verecundentur ex eo. qm̄ res cui refertur hec scientia: est ex rebus celestibus altis. s. ex rebus dei altissimi 7 gloriosi: 7 ex virtutibus eius quātis non sint eorum equationes ipsorum tm̄: sed sint ex equationibus aliorum: que sint veratiores 7 certiores. Modos vo quibus declarabitur vnūquodq; eorum que narrauimus: dicā post hūc locū libri almagesti in ꝓpriis locis eo℞. Nūc autē vt illud sit sm ordines suos: reiterabo smonē in declaratiōe cursus lune in latitudine. cui⁹ capl'z ē queādmodū narrabo.

Primum quidem inquirimus in equatione cursus lune medij: qui est orbis reuoluentis in orbe decliui: duas eclypses lunares ex eclypsib⁹ scriptis apud nos: in quibus non sit dubitatio. inter quas fuit ex longitudine temporis propter quam fuit quātitas magnitudinis tenebrarum lune in eis equalis: 7 fuerunt etiam ambe in vno duo℞ nodorum. Et fuit egressus lune in vtraq; earum terra aut a parte septētrionis: aut a parte meridiei. Et fuit longitudo lune etiā a longitudine sua longiore in vnaquaq; earum vna. Cum enim illud ita fuerit: erit longitudo centri lune necessario in vnaquaq; duarum eclypsium in parte vna a nodo vno equalis. Quapropter erit cursus lune verus: qui est in tempore qđ est inter duas cōsiderationes continens reuolutiones integras in latitudine. Et fuit prima duarum eclypsium quas accepimus: cuius consideratio fuit in babilonia: in anno trigesimoprimo annorū Darij primi: tertio die transacto mensis coe. q̄ est vnus mensium egyptiorum. cuius mane fuit dies quartus in medio hore sexte. Et manifestū est: q in illa hora eclypsata fuit ex luna a parte meridiei quantitas duorum digitorum. Secunde aūt eclypsis consideratio fuit in alexandria. que fuit in nono annorum Adriani decimoseptimo die transacto mensis machir. qui est vnus mensium egyptiorum. cuius mane fuit dies decimusoctauus: ante medietatem noctis tribus horis 7 tertia 7 quinta hore equalis. Et eclypsata fuit de luna in illa hora sexta diametri eius a parte meridiei. Et fuit transitus lune in latitudine in nodo caude in vnaquaq; duarum eclypsium. Si ergo illud ita fuerit: comprehenditur causa eius ab omnibus modis. sed eius lōgitudo est propinqua eq̄litati in vtraq; eclypsi aut est inferior medio parum ad longitudinem propinquiorem. Et illud declaratur nobis ex eo cuius iam precessit ostensio in diuersitate. Et quia cū luna fuerit eclypsata a parte meridiei: erit centrum lune ad partem septētrionis orbis signorum. tunc manifestū est: q in vnaquaq; duarum eclypsium fuit antecessio centri lune a nodo caude equalis. Sed in

eclypsi quidem prima fuit elongatio lune a longitudine longiore orbis reuoluentis centum partes ⁊ decem ⁊ nouem minuta. fuit ergo tempus medium in babilonia quidem ante medietatem noctis per medietatem hore equalis. ⁊ in alexandria ante medietatem noctis per vnam horam ⁊ tertiam hore equalis. Et fuit qđ aggregatum est ex tempore ex loco lune in principio temporis nabuchodono. vsq3 ad hanc horam. 256. anni ⁊. 122. dies ⁊. 10. hore ⁊ due tertie hore equalis. ⁊ sm veritatem cum equatum fuerit quod est inter dies cum noctibus suis decem hore ⁊ quarta hore. Quapropter fuit cursus verus minuens ex cursu medio quinq3 partes. Et fuit longitudo lune in eclypsi secunda a longitudine longiore in orbe reuoluente. 251. partes ⁊. 53. minuta. Qm̄ illud qđ aggregatur ex tempore loci lune in principio temporis nabuchodo. vsq3 ad tempus medium huius eclypsis secunde: est. 871. anni ⁊. 256. dies ⁊ octo hore ⁊ due quinte hore equalis. sed sm veritatem octo hore ⁊ medietas sexte hore vnius. Quapropter fuit cursus verus addens supra cursum mediū quattuor partes ⁊. 53. minuta. In tēpore ergo qđ fuit inter duas eclypses aggregabūtur. 615. anni egyptij ⁊. 133. dies ⁊. 21. hora ⁊ medietas ⁊ tertia hore. Et erit cursus lune verus in latitudine reuolutionis integre. ⁊ erit cursus eius medius minuens a reuolutiōibus integris ptes que aggregantur ex ambabus diuersitatibus: sc3 nouem partes ⁊. 53. minuta. ⁊ minuitur ex eo cuius precessit narratio sm modum quē posuit Abrachis de cursu medio in hoc tēpore a reuolutionibus integris decem partes ⁊ duo minuta fere. Cursus ergo lune medius in latitudine fit maior nouem minutis. Cū ergo diuisimus hanc quantitatem per dies q̄ aggregantur ex hoc tēpore. s. 224609. dies fere: fuit portio vnius diei ex eo octo quarta ⁊. 39. quinta ⁊. 18. sexta. Cum ergo addidimus illud supra mediū cursum lune in latitudine: cuius declaratio iam precessit: inuenimus equationē3 medij cursus lune in latitudine diei vnius. 13. partes ⁊. 13. minuta. 45. secūda ⁊. 39. tertia ⁊. 48 quarta ⁊. 56. quinta ⁊. 37. sexta. Postea duplauimus illud: ⁊ posuimus in tabulis. Et postq3 declarauimus hoc modo cursum lune medium in latitudine: quesiuimus etiam in equatione loci eius longitudinē3 temporis qđ fuit inter duas eclypses lunares verificatas: in quibus nō est dubitatio in quibus fuerit totū3 qđ fuit in illis que fuerunt ante eas de longitudinibus lune equalibus: ⁊ tenebris: ⁊ partibus in quibus fuerunt due eclypses. s. aut in septētrione aut in meridie: sed non sint in illo nodo sed in opposito ei. Prima autem harū3 duarū3 eclypsium est eclypsis per quam operati fuimus in declaratione diuersitatis: que est ea que fuit in anno secundo annorū Mardochei. 18. diebus transactis mensis thot: qui est vnus mensium egyptiorum. cuius mane fuit dies decimusnonus: in babilonia quidem in medietate noctis. sed in Alexādria ante medietatem noctis per medietatem ⁊ tertiam hore equalis. Et eclypsati sunt de luna in illa hora tres digiti a parte meridiei. Et eclypsis secūda est per quā operatus fuit Abrachis. que fuit in anno vigesimo annorū3 darij: qui fuit post philippum: vigesimooctauo die transacto mēsis ambaki: qui est vnus mensium egyptiorum. cuius mane fuit dies vigesimusnonus: postq3 preterierūt de nocte sex hore ⁊ tertia hore equalis. Et similiter eclypsata fuit de luna in illa hora quarta diametri eius a parte meridiei. Et fuit tempus medium in babilonia quide3 ante medietatem noctis per duas quintas hore vnius equalis. qm̄ medietas noctis fuit tūc sex hore ⁊ medietas ⁊ quarta hore fere. In alexandria autem ante medietatē noctis p vna3 horā eq̄lem ⁊ quartā hore. Et fuit vnaq̄q3 harū duarū eclypsiū vbi fuit luna in lōgitudine longiore. Fuitq3 eclypsis pma apud nodū capitis. ⁊ eclypsis secūda apđ nodū caude. Et fuit centrum lune ēt hic in ambabus eclypsibus in pte septētrionis eq̄liter ab orbe signorū remotū.

Describam aūt circulū orbis lune declivis: supra quē sint. a. b. g. sup diametrū. a. g. et sit punctū. a. nodus capitis. et punctū. g. nodus caude. ⁊ punctū. b. sit lōgitudo longior septētrionis. Et assumā duos arcus eq̄les a duobus pūctis. a. ⁊. g. q̄ sunt duo nodi: ad punctū. b. qđ ē lōgitudo lōgior septētrionis. qui sint duo arc⁹. a. d. ⁊. g. e. ⁊ sit cētrū3 q̄dē lune in eclypsi prima supra punctū. d. ⁊ in eclypsi secunda supra punctū. e. Sed tempus quod fuit a loco lune in radice ad medium eclypsis prime: fuit. 27. anni: ⁊. 17. dies ⁊. 11. hore: ⁊ sexta hore equalis ⁊ vere. Quapropter fuit elongatio lune a longitudine longiore orbis reuoluentis. 12. partes ⁊. 24. minuta. ⁊ fuit cursus reuolutiōis lune medius maior vero. 59. minutis. Et fuit tempus qđ est a loco lune in radice ad medium eclypsis secunde. 245. anni ⁊ 327. dies ⁊. 10. hore ⁊ medietas ⁊ q̄rta hore equalis absolute. ⁊ sm veritatem. 10. hore ⁊ quarta hore. Quapropter fuit elongatio lune a longitudine longiore in orbe reuoluente due partes ⁊. 44. minuta. Et fuit cursus reuolutionis lune medius maior vero. 13. minutis. Et tempus quod fuit inter duas cōsiderationes est. 218. anni ⁊. 309. dies ⁊. 23. hore equales: ⁊ pars duodecima hore. Et aggregatur superfluitas sm q͂ iam declarauimus ex cursu medio in latitudine scil3. 160. partes ⁊. 4. minuta. Et est cursus centri lune medius propter hoc qđ diximus in eclypsi quidem prima super punctum. r. ⁊ in eclypsi secunda super punctū3. b. Et quia arcus. r. b. est. 160. partes ⁊. 4. minuta. ⁊ arcus. d. r. est. 59. minuta. ⁊ arcus. e b. est. 13. minuta. erit arcus. d. e. 160. partes ⁊. 50. minuta. ergo duo arc⁹ a. d. et. e. g. simul minuunt a complemēto semicirculi. 19. partes ⁊. 10. minuta. ⁊ vnusquisq3



eorum: qm ipsi sunt eq̄les: erit fm illā quātitatē nouē ptes ⁊.35.m. ⁊ ipse fūt ptes fm quātitatē q̄rum cursus lune verus in eclypsi quidē p̄ma fuit diminutus a loco nodi capitis. ⁊ in eclypsi secūda fuit augmētat⁹ fm q̄ntitatē illaꝝ partiū supra locū nodi caude. Totus ergo arcus.a.r.erit.10.ptes ⁊.34.minuta. ⁊ arc⁹.b.g.residuus erit.9.partes ⁊ 22.m. propter hoc ergo erit cursus reuolutiōis lune medius in eclypsi quidem p̄ma diminutus a loco nodi capitis.10.partibus ⁊.34.minutis. Et fuit elongatio eius a longitudine longiore septētrionis.280.ptes ⁊.34.minuta. Et in eclypsi secūda fuit addens supra nodum caude nouem partes ⁊.22.minuta. Et fuit elōgatio eius a longitudine longiore septētrionis.80.partes ⁊.38.minuta. Et illud est qd̄ oportuit nos demonstrare.

Et quia superfluitas in latitudine que fuit a tpe qd̄ fuit inter locū lune in radice vsq̄ ad tempus mediū eclypsis prime est.286.partes ⁊.19.minuta. tunc si nos minuerimus has partes ex.280.partibus ⁊.34.minutis (que sunt loci lune in eclypsi p̄ma) postq̄ꝫ addiderimus sup eas reuolutionē vnā: erit quod residuum fuerit: locus reuolutionis latitudinis a longitudine longiore septētrionis in p̄mo anno annoꝝ nabuchodo. in p̄ma die mensis thot: qui est vnus mensiū egyptioꝝ: in media die: scꝫ 354.partes ⁊.15.minuta. Et in cōprehensiōe eoꝝ que erunt ex computatione coniunctionis lune ⁊ impletionis in hoc cursu nō indigemus diuersitate secūda quā nominauimus: neq̄ est nobis necessaria in hoc loco. Et ponā tabulas fm diuisionem partium per lineas etiam sicut descripsimus tabulas solis. Et assumemus in eo proportionē.60.ad.5.partes ⁊ ad quartā ptis. Et diuidam quēadmodū diuisimus in sole.s. duas q̄rtas que sunt a duabus partib⁹ longitudinis longioris fm sex partes ⁊ sex partes. Et duas q̄rtas que sunt a duabus partibus longitudinis ppinquioris fm tres partes ⁊ tres ptes: donec sint diuisiōes tabulaꝝ similes eis que sunt in tabulis solis. s. q̄dragintaquinq̄ꝫ aree in latitudine in tribus partibus triū tabulaꝝ. Sed in duabus primis tabulis erit numerus ptiū diuersitatis. In tertia vo tabula erūt portiones que cōtingunt portioni cuiusq̄ꝫ numeroꝝ ex augmēto ⁊ diminutione. Et erit diminutio in numeratiōe longitudinis ⁊ latitudinis cum fuerit numerus qui aggregat̄ ex diuersitate loci longitudinis longioris in orbe reuoluēte vsq̄ꝫ ad.180.partes. Et erit additio cū fuerit numer⁹ plus.180.partibus. ¶ Et hec est tabularum descriptio.

¶ Capitulum vndecimum Q̄ꝫ quantitas diuersitatis lune non est ꝑpter diuersitatem hoꝝ duoꝝ modoꝝ: sed ꝑpter diuersitatē numerationis ⁊ erroris in sermone Abrachis.




Quātitas diuersitatis lune in snia Abrachis non est ꝑpter diuersitatem modoꝝ. sed propter diuersitatem reuolutionum. Et postq̄ꝫ hoc est fm q̄ iam ostensum est. tunc fm veritatē inquirimus qua de causa in eclypsibus lunaribus quas posuit Abrachis in inuestigatione harum diuersitatum nō est proportio similis ꝑportioni quā declarauimus. ⁊ non conuenit ꝑportio p̄ma: que iam affirmata est per modum orbis centri egredientis: proportioni secūde: que est per modum orbis reuoluentis. Uerum in ostensione prime ipse aggregat proportionem medietatis diametri orbis centri egredientis ad lineam que est inter duo centra scꝫ centrum ipsius ⁊ cētrum orbis signorum. que est proportio triū miliū ⁊ centum ⁊ quadragintaquattuor partium ad trecentas ⁊ viginitiseptem partes ⁊ duas tertias partis fere. ⁊ ipa est proportio.60.ad.6.partes ⁊.15.minuta. Et in declaratione secun-

¶ Capitulum decimū De descriptione tabularū diuersitatis lune prime simplicis.

¶ Tabula diuersitatis lune p̄me simplicis.

Numeri cōmunes.		Additiones ⁊ diuisiones.	
p̄ma	scd̄a	Tertia	
ptes	ptes	ptes	m
6	354	0	29
12	348	0	57
18	342	1	25
24	336	1	53
30	330	2	19
36	324	2	44
42	318	3	8
48	312	3	31
54	306	3	51
60	300	4	8
66	294	4	24
72	288	4	38
78	282	4	49
84	276	4	56
90	270	4	59
93	267	5	0
96	264	5	1
99	261	5	0
102	258	4	59
105	255	4	57
108	252	4	53
111	249	4	49
114	246	4	44
117	243	4	37
120	240	4	32
123	237	4	25
126	234	4	17
129	231	4	7
132	228	3	57
135	225	3	46
138	222	3	35
141	219	3	23
144	216	3	10
147	213	2	57
150	210	2	43
153	207	2	28
156	204	2	13
159	201	1	57
162	198	1	41
165	195	1	25
168	192	1	9
171	189	0	52
174	186	0	35
177	183	0	18
180	180	0	0



de ipse adunat proportionem linee que progredit a centro orbis signorum ad centrū orbis
reuoluentis ad medietatem diametri orbis reuoluentis: que est proportio. 3122. ad. 247.
et medietatem. et ipsa est proportio. 60. ad. 4. partes et. 46. minuta fere. Plurimum vero diuer
sitatis qd faciunt proportiones. s. proportio. 60. ad. 6. partes et quartā partis: est quinq; par
tes et. 49. minuta. Et proportio. 60. ad. 4 partes et. 46. minuta. est quattuor partes et. 34. mi
nuta. Sed sm illud qd nos narrauimus: proportio. 60. ad quinq; ptes et quartā partis non fa
cit hanc diuersitatem positam nisi quinq; partes propinque. Et iam declaratū est nobis ex
sermone qui est parum ante hoc: ꝙ hic error qui accidit: non fuit propter diuersitatem duo
rum modorum: quemadmodum estimāt quidā hominū. qm totū qd videt in vnoquoq;
eorum: videtur in altero ei equale: non diuersum. Et si nos voluerimus cum declaratione
illius sm sermonem facere ostensionem eius per mensuram et numerationē: inueniemus pro
portionem vnam in ambobus modis: cum nos cōsiderauerimus rem vnā ex eis que con
tingunt in eis: et non aspexerimus res diuersas: quemadmodum fecit Abrachis. Et iam pos
sibile est: vt cum fuerint eclypses diuerse: fit error aut propter considerationes ipsas: aut pro
pter numerationem longitudinis temporis. Nos enim inuenimus in illis eclypsibus. s. op
positionum veras cōsiderationes et conuenientes eis que declarauimus de eclypsibus oppo
sitionum sm duos modos per motum medium et motum diuersitatis. Numerationem vero
longitudinis temporis: qua demonstrabuntur proportiones: inuenimus non inuestigatam
fuisse studiose. Et ostendam vnūquodq; horum duorum. Et incipiam a tribus eclypsibus pri
mis. Abrachis namq; dixit: ꝙ he tres eclypses sunt ex eis que ad ipsum peruenerunt ex ecly
psibus que fuerunt in babilonia considerate. et ꝙ prima eclypsis earum fuit cū fuit chaisteratis
dns Athenarum: scz ciuitatis philosophorum in mense Jesdusen. Et dixit ꝙ tunc circuli lune
pars parua minuta fuit a parte orientis estiualis in medietate hore remanentis ex nocte. Et
dixit etiā ꝙ eclypsata est: et postea occultata est. Et fuit hoc tēpus in anno trecentesimo et sexa
gesimosexto annorum Nabucho. et (sicut ipse dixit) fuit etiam in vigesimosexto die mensis
thot transacto: cuius mane fuit dies vigesimusseptimus: post mediam noctē per quinq; ho
ras et medietatem hore temporales. qm non fuit residuū noctis nisi medietas hore. Et quia
sol fuit tunc in fine sagittarij: in babilonia fuerunt tēpora hore nocturne decem et octo tēpo
ra. et fuit nox quattuordecē hore equales et due quinte hore. quinq; ergo hore et medietas hore
tēporalis fiunt sex hore et tres quinte hore equales. fuit ergo principium eclypsis post medieta
tē diei iomi vigesimisexti decem et octo horis et tribus quintis hore equalibus. Quia ergo
illud quod eclypsatum est de luna fuit pars parua: oportuit vt sit totū eclypsis tempus ho
ra et medietas hore fere. Et manifestū est ꝙ tēpus mediū fuit post decē et nouē horas et ter
tiam hore equales. Fuit ergo tempus mediū eclypsis etiā in alexādria post medietatē diei
iomi vigesimisexti decē et octo horis et medietate hore equalibus. Et fuit tēpus qd fuit a lo
co lune in primo annorum Nabucho. vsq; ad hoc tēpus. 365. anni egyptij et. 25. dies et. 18. ho
re et medietas hore absolute. sed sm veritatē. 18. hore et quarta hore. Et inuenimus locū solis in
hoc tpe cum numerauimus per vnūquodq; duorum modorum (quos posuimus) vigesimāoctauam
partem et decimūoctauū minutū sagittarij sm veritatē. Et inuenimus locū lune per motū
mediū. 24. partes et. 20. minuta geminorum. et sm veritatē. 28. partes et. 17. minuta. qm eius
elongatio fuit in diuersitate a longitudine longiore in orbe reuoluēte. 227. partes et. 43. mi
nuta. Et rememoratus est etiā eclypsis que fuit post illam sm tēpus chaisteratis in ciuitate
athenarum. s. ciuitate philosophorum vigesimoquarto die trāsacto mēsis phamenoth: qui est vnus mēsium
egyptiorum. cuius mane fuit dies vigesimusquintus. in qua eclypsata fuit luna a parte oriētis
estiualis in fine hore prime noctis. Et illud fuit in anno trecētesimo sexagesimosexto annorum
Nabucho. vigesimoquarto die transacto mēsis phamenoth. cuius mane fuit dies vigesimus
quintus ante medietatē noctis quinq; horis et medietate hore tēporalibus. Et quia sol fuit in
fine geminorum: fuit hora nocturna in babilonia. 12. tēpora. quinq; ergo hore et medietas hore
erūt quattuor hore et due quinte hore equales. Ergo prima hora eclypsis fuit post medietatē diei
iomi vigesimiquarti. 7. horis et tribus quintis hore equalibus. Et quia totū tēpus eclypsis fuit
tres hore sm ꝙ scriptum est. tūc manifestū est: ꝙ tēpus mediū fuit post nouē horas et deci
mā hore equales. oportuit ergo vt esset in alexandria post medietatē diei iomin vigesimiquarti
octo horis et quarta hore fere. Et etiā erit tempus qd est a loco solis et lune ac si esset in radi
ce vsq; ad hāc horā trecenti et sexagintaquinq; anni et ducēti et tres dies et octo hore et quar
ta hore equales absolute. et sm veritatē septē hore et medietas et tertia hore. Et in hoc tem
pore reperit locus solis verus vigesimaprima pars et quadragesimūsextū minutū geminorum. Et
repitur locus lune per cursū medium vigesimatertia pars et quinquagesimūoctauum minu
tum sagittarij. et sm veritatē vigesimaprima pars et quadragesimūoctauū minutum. qm eius
longitudo fuit in diuersitate a longitudine longiore in orbe reuoluēte. 27. partes et. 37. minu
ta. Et erit qd aggregat ex longitudine tēporis qd fuit inter eclypsim primā et eclypsim secun
dam. 177. dies et. 13. hore et. 3. quinte vnius hore equales. Et partes quas perambulauit

sol in his diebus.173.partes ⁊.28.minuta. Sed ſm hoc ꝙ opatus est Abrachis: fuit lon-
gitudo huius tpis qͦ fuit inter has duas eclypses.177.dies ⁊.13.hore ⁊ medietas ⁊ q̃rta
hore eq̃les. Et cursus solis in eo.173.partes:excepta octaua partis. Et dixit ꝙ eclypsis tertia
etiã fuit in tẽpore Andree regis Athenarum: scȝ ciuitatis phoꝝ sextodecimo die mẽsis thot
trãsacto.cuius mane fuit dies decimusseptimus. Et dixit ꝙ luna eclypsata fuit tota a parte
orientis estiualis post quattuor horas trãsactas a pncipio noctis. Et fuit hoc in ãno trecen-
tesimo ⁊ sexagesimoseptimo annoꝝ Nabuchodonosor decimosexto die trãsacto mensis thot:cuius
mane fuit dies decimusseptimus:ante medietatẽ noctis duabus horis ⁊ medietate hore tẽ-
poralis. Et quia sol fuit in secũda parte sagittarij:erit hora vna nocturna in babilonia circi-
ter decẽ ⁊ octo tempora. Due ergo hore ⁊ medietas hore tẽporales:erũt tres hore equales.
ppter hoc ergo fuit pncipium eclypsis post medium diẽ iomi decimisexti nouem horis. Et
qr luna tota fuit eclypsata: fuit totũ tempus q̃ttuor hore equales. Et manifestum est: ꝙ tem
pus mediuȝ fuit post mediũ diem iomi sextidecimi vndeceȝ horis. Oportuit ergo vt eẽt tem
pus mediuȝ eclypsis in alexandria post decẽ horas ⁊ sextã hore eq̃les:trãsactas post mediũ
dieȝ iomi decimisexti. Et tempus qͦ fuit loci solis ⁊ lune ac si esset in radice a pncipio regni
Nabucho. vsq; ad hãc horã trecẽti sexaginta ⁊ sex anni egyptij ⁊.15.dies ⁊ decem hore et
sexta hore eq̃les absolute. ſm verificationẽ vͦ nouẽ hore ⁊ medietas ac tertia hore. Et inue
nimus in illo tpe locum solis verum decimã septimã partẽ ⁊ trigesimũ minutũ sagittarij. et
locum lune per cursum suũ mediũ decimã septimã ptem et vigesimũ minutũ geminoꝝ. sed
ſm veritatẽ decimã septimã partẽ et vigesimũoctauũ minutũ. qm̃ elongatio eius in diuersi
tate fuit a longitudine longiore in orbe reuoluẽte.181.partes ⁊.12.minuta. Et aggregata
longitudo tempis que fuit inter eclypsim secũdaȝ et eclypsim tertiã erit.177.dies et duc ho
re equales. Et erit cursus solis in eo.175.partes ⁊.44.minuta Abrachis vͦ iam posuit lon
gitudinẽ huius tẽporis etiaȝ.177.dies ⁊ horaȝ ⁊ duas tertias hore. et ptes solis.175.par-
tes ⁊ octauaȝ partis. In numeratiõe autẽ prima sua huius tẽporis iaȝ videt error in diebus
quidem tertia hore equalis. ⁊ in partibus circiter tres quinte partis. Et qͦ adducit hunc er
rorẽ diuersitatis in quãtitates pportionũ: nõ est paruũ. ¶ Et moueamus nos ad eclypses
tres postremas: quas ipse posuit ⁊ rememoratus est: ⁊ dixit ꝙ earuȝ considerationes fuerũt
in alexandria. Et dixit ꝙ eclypsis prima earum fuit in anno vigesimoquarto reuolutionis
Philippi secũde: sextodecimo die trãsacto mẽsis mesure. Et icepit luna in illa hora eclypsa
ri ante ortum suuȝ medietate hore. ⁊ postea postremuȝ sue eclypsis fuit in medio hore secun
de. fuitq; tempus mediũ in pncipio hore secũde: ⁊ ante medietatem noctis quinq; horis tẽ-
poralibus ⁊ equalibus eo ꝙ sol fuit in fine virginis. propter hoc ergo fuit tempus medium
eclypsis in alexandria post medium diẽ iomi sextidecimi septem horis equalibus. Et fuit tẽ
pus a loco solis ⁊ lune ac si essent in radice in primo annoꝝ Nabucho. vsq; ad hanc horam
quingenti ⁊ quadragintasex anni egyptij ⁊ trecẽti q̃dragintaquinq; dies ⁊ septeȝ hore abso
lute equales. sed ſm verificationem sex hore ⁊ medietas hore. Et iuenimus etiã locum solis
in illa hora ſm v̾ificationẽ vigesimãsextã partẽ ⁊ sextũ minutũ virginis. Et locũ lune p cur-
sum suũ mediuȝ vigesimãsecundã ptem piscis. ⁊ ſm verificationẽ vigesimãsextã partẽ ⁊ se
ptimũ minutũ. qm̃ eius elongatio fuit in diuersitate a longitudine longiore in orbe reuoluẽ
te.13.partes ⁊.13.minuta. Et dixit ꝙ eclypsis secũda fuit in anno quinq̃gesimoq̃nto illius
reuolutionis: nono die mensis mechir transacto: qui est ex mẽsibꝰ egyptioꝝ. Et fuit eius initiũ
post quinq; horas ⁊ tertiam hore transactas de nocte. ⁊ eclypsata fuit luna tota. Et fuit ini
tium eclypsis post medium diem iomi noni vndecim horis ⁊ tertia hore equalibus. qm̃ sol
etiaȝ fuit in fine piscis. Et fuit tẽpus mediuȝ post tredeceȝ horas ⁊ tertiaȝ hore equales: ideo
ꝙ luna fuit eclypsata tota. Et tempus quod fuit a loco solis ⁊ lune ac si essent in radice vsq;
ad hanc horã.547.anni ⁊.158.dies ⁊.13.hore ⁊ tertia hore equales ⁊ vere fere. Et simili-
ter inuenimus locũ solis in illa hora.26.partẽ ⁊.17.minutũ piscis. ⁊ iuenimus locuȝ lune p
cursum suum mediũ partẽ vnã ⁊.7.minuta libre. ſm verificationem vͦ.26.partẽ ⁊.17.mi
nuta virginis. qm̃ eius elongatio fuit in diuersitate a longiore longitudine in orbe reuoluen
te.109.partes ⁊.28.minuta. Et est tẽpus qͦ fuit inter duas eclypses: scȝ pmã ⁊ scḋaȝ.178.
dies ⁊.6.hore et medietas et tertia hore equales. Et partes solis.180.ptes et.11.minuta. Et
fuit in eis que declarauit Abrachis vsq; ad hoc tempus.178.dies ⁊ sex hore eq̃les. et ptes
solis.180.et.20.minuta. Et dixit ꝙ eclypsis tertia fuit etiam in anno.55.reuolutionis secũ
de: quinto die transacto mensis mesure: qui est ex mẽsibus egyptioꝝ. Fuitq; initiũ eclypsis
post sex horas et duas tertias hore trãsactas de nocte. et eclypsata fuit luna tota. Et dixit ꝙ
tempus medium eclypsis fuit post octo horas et tertiaȝ hore preteritas de nocte. Et fuit illo
post medietatẽ noctis duabꝰ horis et tertia hore tpalibꝰ. Et qr sol fuit in medietate v̾ginis:
fuit hora tpalis in alexandria q̃ttuordecẽ tẽpora ⁊ due q̃nte tpis. due ergo hore ⁊ tertia ho-
re tpales erunt due hore eq̃les ⁊ quarta hore circiter. Quapropter fuit tẽpus mediũ eclypsis
post mediũ diẽ iomi q̃nti q̃ttuordecẽ hore ⁊ q̃rta hore eq̃les. Et fuit tẽpus ẽt qͦ fuit a loco

solis ⁊ lune ac si eēnt in radice vsq ad hāc horam. 547. āni. et. 334. dies ⁊. 14. hore ⁊ q̄rta hore absolute eq̄les. sʒ f̄m v̄itatem. 13. hore ⁊ medietas et q̄rta hore. Et inuenimus locum solis f̄m v̄itatē in illo tp̄e decimāquintā partē et duodecimū minutū v̄ginis. Et locū lune p cursuʒ suū mediū. 10. ptes et. 24. minuta piscis. et f̄m v̄itatē decimāquintā ptē et tertiūdecimū minutū piscis. qm̄ elongatio eius fuit in diuersitate a longitudine longiore orbis reuoluētis. 249. ptes ⁊. 9. minuta. Et fuit tp̄s qd̄ fuit iter duas eclypses: scʒ scd̄am et tertiā. 176 dies et due quinte hore eq̄lis. Et ptes solis. 168. ptes et. 55. minuta. Et longitudo huius tēporis f̄m q̄ posuit Abrachis ē dies q̄dē. 176. et hora ⁊ tertia hore eq̄lis. ptes v̄o solis. 168 ptes et. 33. minuta. Jam ergo demōstratū est hic etiā q̄ in hoc tp̄e est error in ptibus q̄dem quinta et sexta circiter. et in dieb⁹ medietas et tertia et decima hore fere. Hic autē error quē p̄diximus: possibile est vt mittat diuersitatē plurimā manifestā in p̄portiōe in mō. Jaʒ ergo ostēsa est cā visibiliter huius diuersitatis. Et nos firmiter vtamur illo cuius premisimus declarationeʒ de numeratione diuersitatis que est in oppositionibus solis et lune. Nos enim iam inuenimus has eclypses conuenientes modo quē narrauimus.

Expleta est dictio quarta libri Almagesti Ptolomei pheludiensis.

L. Ptolemei Pheludiēsis Dictio Quinta libri Almagesti Decem ⁊ nouem capitulis huic loco redimita quadrat.

Capitulum primum De artificio instrumenti armillarum quo considerant̄ stelle: et sciūtur loca earum in longitudine et latitudine.



Ue vero accidūt ex applicatione lune cum sole in coniunctionibus ⁊ oppositionib⁹ ⁊ que fiunt in eis ex eclypsibus: iam inuenimus que sufficiant nobis in eis: f̄m modū quē narrauimus de diuersitate prima singulari etsi non aliud fiat solūmodo. Sed in diuisione motuū lune non in coniunctiōibus ⁊ oppositionibus ex figuris non sufficit nobis in ea illud. Jam enim inuenimus lune diuersitateʒ secūdam (quēadmodum diximus) propter elongationem eius a sole. Et hec quidem diuersitas secunda iam redit ⁊ equatur cum diuersitate prima in ambabus applicationibus: scʒ coniunctione ⁊ oppositione. Et maior erit hec diuersitas secūda in ambabus q̄draturis que sunt a duabus partibus im-


pletionis. Et pervenimus ad sciendum illud & credendum per ea que posuit Abrachis de cõsiderationibus scriptis revolutionũ lune: & per ea que nos invenimus per instrumentũ: qđ accepimus ad hoc & eius similia. cuius artificium est sicut narrabimus. Accipiemus duas armillas mẽsurate magnitudinis: sapienter & bene rasas. quarum superficies quadrate equales similes omnimodo: & componemus vnam earum in alteraz in duobus locis oppositis ortogonaliter sup superficies suas. & imaginabimur vnã earum orbem signorum: & alteraz orbez meridiei cum ipse est descriptus sup polos duorum orbium: scz orbis equatiõis diei & orbis signorum. Postea accipiemus ex latere quadratorum duorum ipsorum duo pũcta que determinãt duos polos orbis signorum: in quibus infigemus duos paxillos rotundos equaliũ grossicierũ equales: transeuntes per duas superficies: scz apparẽtem & intrinsecam: fixos in eis. Et cõponemus in eis armillam alteram sup superficiem apparentẽ. cuius superficies interior ꝯtingat duas superficies duarum armillarum cõpositarũ apparentes in omni loco & ex omni parte tactu vero. & ponemus ipsam levis revolutionis & cursus in longitudine super duos polos orbis signorũ quos prediximus. Et similiter cõponemus armillã alterã in eis: in superficie intrinseca: cuius superficies etiaz apparens contingat duas superficies duarum armillaruz compositarum interiores cõtactu vero in omni loco & ex omni parte: levis revolutionis & cursus sicut altera in lõgitudine: & sup duos polos super quos movet armilla extrinseca. Et dividemus hanc armillaz intrinsecã & etiam armillam que est loco orbis signorũ: vnãquãq3 videlicet earum in. 360. partes: scz divisione circuli: & sm omnes ptes partiũ sm quas possibile est. Et cõponemus etiam armillam aliam parvaz subtilez. in qua sint duo foramina opposita transeuntia in interiori armille intrinsece: vt sit revolutio eius & cursus in superficie interiori armille intrinsece ad vnũquẽq3 duorum polorum positorum propter cõsideratione latitudinis. Et postq̃3 fient hee armille sicut prediximus: perveniemus ad arcuz qui est inter duos polos: scz polũ orbis signorum & polum equationis diei: quẽ declaravimus in his que precesserunt. & accipiemus quãtitatẽ eius ab vnoquoq3 duorum polorum orbis signorum in orbe meridiei: de quo imaginamur ꝙ ipse sit descriptus super polos. et signabimus hic duas notas oppositas etiam: & componemus eas in duobus polis fixis in armilla alia simili armille orbis meridiei: quẽ declaravimus in principio libri amagesti: in cõsiderationibus arcus qui est inter duos tropicos orbis meridiei. vt cum hec armilla fuerit fixa in illo loco in quo fuerit illa armilla. s. cum fuerit erecta sup superficiem horizõtis: & supra altitudinez poli propriam loci inhabitati: & fuerit etiã equidistans superficiei orbis qui est sm naturã orbis meridiei: sit revolutio armillarũ intrinsecarum in ea: & cursus earum oium omnino sup duos polos equationis diei ab oriente ad occidentez: sequẽtes localem motũ totius primũ. Cũ ergo posuerimus instrũm sm hunc moduz: tũc quotiẽs possibile erit vt sint sol et luna simul apparentes sup terram: erigemus armillã extrinsecam currentem super duos polos orbis signorum sup ptem solis reptam in illa hora fere. & revolvemus armillam orbis descripti sup polos: vt cum fuerit locus sectionis duarum armillarum: qui est supra partez solis cadens sup solem sm veritatem: fiant due armille: scz armilla orbis signorum et armilla orbis descripta sup duos polos simul obumbrantes seipsas. Et si fuerit loco solis aliqua stellarum visa: loca quarum considerant et sciuntur. tũc cum fuerit oculus aspicientis vnius sup alteruz lateruz armille extrinsece: & sup locũ ex quo videt stella: qui est super partẽ orbis signorum in qua est stella: sit stella visa p latus et locũ opposita et occurrẽtis illi lateri et loco armille: ac si connexa esset duobus lateribus: et in superficie eorum. Armillã vo alteraz intrinsecaz divisaz huius instrumenti revolvemus tunc ad lunã aut ad aliũ eorum que inquirimus: vt nos videndo solem aut aliam stellarum simul videamus lunã: aut aliud eorum que inquirimus ex duobus foraminibus ambobus: que sunt in armilla cõposita in interiori armille intrinsece divise. Nos enim ita sciemus locuz lune aut alterius stellarum quas inquirimus in longitudine partiuz orbis signorum: scz partium armille quã imaginati fuimus orbem signorum: et divisimus in potentia sm divisiones eius. Et sciemus quanta sit longitudo lune aut stelle ab orbe signorum ad septẽtrionẽ aut ad meridiem in orbe descripto super duos polos orbis signorum: ex ptibus quas invenimus in armilla interiori divisa: et per longitudinem que est inter medium foraminis qđ est super terrã in armilla parva que revolvitur et inter lineam que est medium cinguli signorum.

¶ Capitulum secundum De scientia modi diversitatis lune duplicis.



Er considerationem vo absolutam iam invenimus longitudines lune a sole ex cõsiderationibus scriptis q̃s posuit Abrachis: et ex considerationibus nostris sm nũerationez et modum positum q̃lq3 convenientes aliis et convenientes inter se: et quãdoq3 diversas ab aliis: et diversas iter se. et quãdoq3 minoratur illud et quãdoq3 auget. Quia ergo prolongatur nostrũ studium & nostra inquisitio de scientia ordinis huius diversitatis: et neq3 abscindit nostra inquisitio ab ea in tẽpore continuo: in applicatione quidem coniunctionis et oppositionis semp inveniemus eam

aut absq3 diuersitate sensibili: aut cum diuersitate parua: fm quantitatem qua possibile est: vt sit illud ex diuersitate aspectus lune. In ambabus vo quadraturis: que sunt a duab' partibus impletionis: aut erit diuersitas parua: aut nō erit ei diuersitas omnino. et illud erit cū luna fuerit aut in longitudine longiore sua: aut in longitudine sua ppinquiore in orbe reuoluente. Maior autē diuersitas tūc quidem crescit: cum fuerit luna in loco cursus sui medij qui est inter duas longitudines in medio duarum medietatum. tunc eni3 diuersitas que est propter diuersitatem primā: erit maior que vnquā erit. Et q2 diuersitas prima est: cum fuerit luna in qualibet duarū quadraturarum: et in medietate orbis reuoluentis: in qua est cursus diminutus: erit locus eius maioris diminutionis diminutione prima numerata non in duabus quadraturis. Et cum fuerit luna in qualibet duarum quadraturarum: z in medietate in qua est cursus augmentatus: erit locus eius etiā similiter maioris additionis: fm quātitatē multitudinis augmenti et diminutionis prime: donec nos ppter id qd inuenimus existimemus q orbis reuoluens lunā habeat orbē egredientis centri: supra quē reuoluat z q luna cum fuerit in piunctione z impletione: erit in longitudine eius longiore. et cū fuerit in ambabus quadraturis: erit in longitudine eius ppinquiore. Et accidit illud cu3 fuerit eqrio modi pmi sicut ego narrabo. ¶ Imaginabimur in supficie orbis lune decliuis orbē: cuius centrum sit centrū orbis signorum. et sit eius pmissio sicut fuit pus pp latitudine3 sup duos polos orbis signorū fm quantitatē augmenti motus latitudinis sup motū longitudinis. Et sit cursus lune etiam in orbe reuoluēte in arcu longitudinis eius longioris cōtra successionem signorum: fm q sequitur reuersione3 diuersitatis pme. Et in hac supficie que est in orbe lune decliui sint duo motus in duabus partibus contrarijs. quor quisq3 sit in seipso equalis. z ambo sint sup centru3 orbis signorum. Et vnus eor reuoluat centrū orbis reuoluentis fm successionem signor: fm q sequitur motū latitudinis. z alter reuoluat centrū orbis egredientis centri z longitudine3 eius lōgiorē: que est in illa superficie: sup quā erit centrum orbis reuoluentis semp. z reuoluat ipsum contra successionē signorū fm quātitatē augmēti longitudinis que est inter solem z luna3 duplicis sup motū latitudinis. Per quod intelligi volumus augmentū qd est inter motū lune mediū in lōgitudine z motū solis mediu3 in longitudine verbi gratia donec sit in die vna motus centri orbis reuoluētis: qui est mot' latitudinis. 13. ptes z. 14. minuta fere: fm successionē signorū. Et sit vt cursus cētri orbis reuoluentis videat in orbe signor ipse motus longitudinis: qui ē. 13. ptes z. 11. minuta. qm totus motus orbis decliuis minuit ex motu latitudinis supfluitatem q est inter duos mot' sc3 tria minuta. z longitudo longior orbis centri egredientis mouetur etiam cōtra successionem signorum. 11. ptibus z. 9. minutis z est augmentū qd addunt ptes duplicis longitudinis: que est inter solem z lunam: que est. 24. ptes z. 23. minuta super motum latitudinis qui est. 13. partes z. 14. minuta. Propter oppositionem ergo duor3 motuu3 diuersorum: qui sunt super centru3 orbis signorum (sicut prediximus) precedit linea que transit super cētrum orbis reuoluentis lineam que transit super centrum orbis egredientis centri per arcū compositū ex. 13. partibus z. 14. minutis: z ex. 11. partibus z. 9. minutis. qui est duplū partium longitudinis: que est. 12. partes z. 11. minuta z mediū fere. Quapropter secat orbis reuolutionis orbē egredientis centri bis in mense lunari. z erit reuersio centri orbis reuoluentis ad longitudinem longiorē in orbe centri egredientis in cōiunctionibus z oppositiōibus medijs. ¶ Et vt illud declaretur nobis visibiliter: imaginemur etiam in supficie orbis lune decliuis orbem cuius centru3 sit centrū orbis signorū: supra quē sint. a. b. g. d. supra centrū. e. cuius diameter sit. a. e. g. Et ponā longitudinē longiore3 que est orbis centri egredientis: et centrum orbis reuoluentis: et longitudinē longiorē septētrionis: z pncipiū arietis: et mediū motū solis simul sup punctum. a. Dico ergo q in die vna erit motus superficiei totius cōtra successionem signorum: qd est ab. a. ad. d. z supra centrum. e. tria minuta fere: donec sit longitudo septētrionis longior in vigesimanona parte z quinqgesimoseptimo minuto piscis fere. Et sit linea que est similis linee. e. a. reuoluens duos motus diuersos super centru3. e. etiā quod est centrū orbis signor: per motū suū equalē in die vna. Linea vo que transit sup centrum orbis egredientis centri: que est similis linee. e. a. reuoluit equaliter cōtra successione3 signorum ad locū. e. d. z reuoluit quidem longitudinem longiorē que est orbis centri egredientis ab. a. ad. d. Et describam super centrum. r. quod est centrum orbis egredientis centri orbem ecentricum. d. b. z ponā arcū. a. d. 11. ptes z. 9. minuta. z linea que transit supra cētrum orbis reuoluentis: reuoluit etiā supra punctū. e. equaliter fm successionē signorū ad locum. e. b. z reuoluit cētrum orbis reuoluentis ad punctū. b. z ponā arcū. a. b. 13. partes z. 14. minuta: donec sit longitudo puncti. b. qd est centrū orbis reuoluentis visa a pūcto quidē. e. qd est lōgitudo longior septētrionis. 13. partes z. 14. minuta: que sunt latitudo: z a pncipio quidē arietis. 13. partes z. 11. minuta: que sunt longitudo. qm pūctū. a. qd est lōgitudo longior septētrionis: in hoc tempore erit super vigesimānonā partē z quinqgesimum septimū minutum piscis. z erit elongatio eius a puncto. d. qd est longitudo longior orbis egredientis centri sc3 aggregata ex duobus arcubus simul: sc3 ex arcu. a. b. z ex arcu. a. d. 24. partes z




23. minuta. que sunt duplum longitudinis motus diei vnius medij. ¶ Et similiter qr ambo motus qui sunt linee que transit super punctum. b. ⁊ punctuz. d. faciunt reuolutionē vnā in medietate tēporis medij mēsurni. tunc manifestum est: ꝙ ipsi in quarta illius temporis ⁊ in medietate et quarta etiam necessario opponuntur. Per quod intelligi volo: ꝙ cū fuerint visi in duabus quadraturis medijs: erit linea centri orbis reuoluentis: que trāsit super e. h. b. opposita linee que transit super. e. d. que est longitudo longior in orbe centri egredientis: et fit in longitudine eius propinqua. Manifestum est ergo postq̄ʒ hoc est quemadmodum diximus: ꝙ non erit ex diuersitate qđ diuersificet motuʒ medium: qui est linee. e. b. ꝓꝑ orbem centri egredientis. Per quod intelligi volo diuersitatē similitudinis arcus. d. b. apđ arcum. d. h. qui est orbis centri egredientis: sed ꝓpter. d. a. b. qui est orbis signorum: cū peragrā fierit ipsum luna per motum mediū eq̄lem. q̄m eius reuolutio nō est supra pūctum. r. qđ est centrum orbis centri egredientis: sed super punctū. e. Neq̄ʒ eius diuersitas est nisi ꝓpter orbem reuoluentem tm̄: propter hoc ꝙ cū fuerit orbis reuoluens in longitudine ꝓpinquiore: erit semꝑ addens in diuersitate aut minuēs ex ea equaliter. s. augmētum equale aut diminutionez equalem. q̄m angulus continens ipsum: qui est apud aspectum oculoꝝ: erit maior cū fuerit in longitudine ꝓpinquiore. Uniuersaliter ergo dico ꝙ non erit diuersitas nisi ꝓꝑ modum ꝓmuʒ cuʒ fuerit centruʒ orbis reuoluentis super punctum qđ est longitudo longior: ⁊ neq̄ʒ erit illud nisi cum fuerit centrum orbis reuoluentis apud coniunctiones ⁊ oppositiones que videntur medie. ¶ Si ergo lineauerimus super punctum. a. orbem reuoluentem: supra quem sint. m. n. erit proportio. e. a. ad. a. m. equalis proportioni quam declarauimus in eclypsibus. Et maior diuersitas que erit: erit cum fuerit trāsitus orbis reuoluentis super punctum. b. quod est nota longitudinis propinquioris orbis centri egredientis: sicut orbis descriptus suꝑ. b. suꝑ quem sunt duo puncta. s. ⁊. t. ⁊ illud est qđ videt apud duas q̄draturas medias. ꝓportio igit. s. b. ad. e. b. erit maior oībus proportionibus que aggregāt ex locis alijs. q̄m linea. s. b. q̄ē a cētro orbis reuoluētis est vna eq̄lis sp. Quapꝑ erit linea. e. b. q̄ ē a centro terre minor oībus lineis q̄ ꝓgrediūtur ad orbē cētri egrediētis cū parib⁹ cōbinatis.

¶ Capitulum tertium De scientia quātitatis diuersitatis lune que est ꝓpter solem.



T autem sciamus quātitatez diuersitatis maioris cum fuerit transitus orbis reuoluentis in longitudine ꝓpinquiore orbis centri egredientis: considerauimus longitudines lune a sole: in quibus est cursus lune medius ſm ꝓpinquitatem. Maior enī diuersitas lune ⁊ longitudo lune media a sole: quarta orbis erit fere: cū fuerit orbis reuoluens in longitudine propinquiore orbis centri egredientis. Et ē cum fuerit ita: non erit lune diuersitas aspectus in longitudine. illud nāq̄ʒ erit cum fuerit sicut diximꝰ: et fuerit qđ videtur ex consideratione apud elongationem in longitudine equale longitudini vere. tunc enim erit inuentio diuersitatis secunde ſm veritatem. Et cum nos posuerimus nostram inquisitionē ſm has considerationes: inueniemus ꝙ cum fuerit orbis reuoluens in lōgitudine ꝓpinquiore: tūc erit diuersitas maior apđ trāsitū q̄dē mediū septē ptes et due tertie ptis fere. ⁊ apđ diuersitatē ꝓmam due ptes ⁊ due tertie ptis. ¶ Et exēplificabo illius exēplū: vt ꝺclaret nobis illiꝰ ꝯprehēsio ⁊ cognitio. Cōsiderauimꝰ solē ⁊ lunā in ānο secūdo ānoꝝ antonini. 25. dieb⁹ mēsis camenut trāsactis: q̄ est vnꝰ ex mēsib⁹ egyptioꝝ: ⁊ post ortū solis: ⁊ anī meridiē q̄nq̄ʒ hore ⁊ q̄rta hore eq̄lib⁹. et fuit sol visus per considerationem in decimaoctaua parte ⁊ medietate ⁊ tertia partis aquarij. Et fuit medium celi in illa hora quarta pars sagittarij. ⁊ fuit luna visa in nona parte ⁊ duabus tertijs partis scorpionis. ⁊ similiter fuit locus eius ſm v̄itatem. Et quia ipsa fuit in primis partib⁹ scorpionis: fuit eius elongatio in Alexandria a linea meridiei ad occidentez in longitudine circiter horam ⁊ medietatē hore. et non fuit ei diuersitas aspectus sensibilis. Et fuit tempus qđ fuit inter locum solis ⁊ lune in primo annoꝝ Nabuchodo. vsq̄ʒ ad hanc cōsiderationeʒ octingenti ⁊ octuagintaquinq̄ʒ anni ⁊ ducenti ⁊ tres dies: ⁊. 18. hore ⁊ medietas ⁊ quarta hore equales absolute: et vere. Et inuenimus locum solis per cursum eius mediuʒ decimāsextam partem ⁊ vigesimumseptimū minutum aquarij. ⁊ ſm veritatem decimāoctauā partem ⁊ quinquagesimū minutum. ⁊ illud est equale ei qđ considerauimus per instrumentuʒ. Et fuit locus lune in illa hora ſm moduʒ primū per medium cursuʒ in longitudine decima septima pars et vigesimū minutū scorpionis. Et fuit eius elongatio media a sole circiter q̄rtam circuli. Et fuit elongatio diuersitatis a longitudine longiore in orbe reuoluente. 87. partes ⁊. 19. minuta. in quib⁹ fuit etiā diuersitas maior. fuit ergo cursus lune verus minor medio septem partibus ⁊ duabus tertijs partis loco quinq̄ʒ partiuʒ que fuerant ex diuersitate prima. ¶ Et etiā vt declaretur nobis in eis que demōstrabimus quātitas diuersitatis: ⁊ ex eis que posuit Abrachis ex cōsiderationibus similibus hoꝝ motuum: Ponam vnam suarum cōsiderationum: quā dicit fuisse in anno quinq̄gesimo reuolutionis tertie Philippi: sexdecem diebus transactis mēsis athir: q̄ est ex mensibus egyptioꝝ: supra duas ter-




hementer plane ⁊ recte: fm ꝙ subtilius et verius possibile est vnūquodq̧ laterū earum rectificari. Deinde lineauimus post illud in medio duarum superficierū latitudinaliū cuiusq̧ duarum regularum lineas rectas in longitudine. ⁊ composuimus in ambabus extremitatibus vnius earum duas tabellas quadratas equales equidistantes: erectas super superficiē. quarum medium sit erectum super lineā que est in medio superficiei. et fecimus in medio cuiusq̧ earum foramen. ⁊ posuimus mediū cuiusq̧ duorum foraminum super verificationem linee que est in medio regule. ⁊ posuimus foramē super quod ponitur oculus aspicientis minus: ⁊ foramen qđ sequitur lunam maius: fm quātitatem qua cum aspiciens aspicit: cum vno oculorum suorum per foramen minus: possit videre totā lunā per foramen maius quod ei opponitur. Et fecimus in vnaquaq̧ duaꝝ regularum apud vnam duaꝝ extremitatū que est apud tabellā in qua est foramen maius: in veritate medii lineaꝝ foramen equale. et composuimus in eis axē ordinantē duas regulas: ⁊ cōstringentē vnā earum cum alia: sicut constringuntur linee cū centro. ⁊ fiximus regulam in qua non sunt due tabelle: super basim fixione vehementi ⁊ sapiente. et posuimus regulam aliam in qua sunt due tabelle lenis reuolutionis ad omnem partem: absq̧ inclinatione ⁊ separatione a reuolutione sua. ⁊ signauimus super veritatem medii duarum linearum: que sunt in vnaquaq̧ duarum regularum apud duas extremitates que sequunt̄ basim duas notas. q̄rum longitudo a cētro in quo est axis sit equalis: fm ꝙ magis possibile est esse equale. ⁊ diuisimus lineā diffinitam: que est in regula secunda in sexaginta partes. ⁊ diuisimus vnāquāq̧ haꝝ partiū in ptes: fm ꝙ possibile fuit. ⁊ cōposuimus in duabus extremitatibus huius regule secūde retro ipsam duas tabellas sicut paxillos. in quibus sint latera earum que sequūtur vnāquāq̧ partem super lineam illam adinuicem opposita. ⁊ sit earum longitudo a linea media vndiq̧ eq̄lis. vt quū suspenditur perpendiculum ⁊ sit chorda eius contingens duas tabellas: sciat̄ ꝙ regula secunda est fixa recte super sup̄ficiem horizontis absq̧ declinatione. Et nos quidem iam premisimus ⁊ preparauimus lineam meridiei in sup̄ficie equidistante superficiei horizontis: ⁊ p̄parauimus super ipsam hoc instrumentum in loco lucido non tenebroso erectū. ⁊ posuimus angulos duarum regularū: in quibus vna eaꝝ alteri applicatur: cum axe conuersos ad meridiem: donec fiant due superficies supposite equidistātes linee meridiei posite. Et posuimus regulam cui basis est erectā non declinatam neq̧ motam: sed sapienter fixam. ⁊ posuimus aliam lenis reuolutiōis super axem cum moderata equalitate in superficie orbis meridiei. Et addidimus regulam aliam subtilem rectam: et composuimus eam in clauo paruo in extremitate linee diuise: que est apud basim. vt sit ipsa etiam lenis reuolutionis super ipsam. ⁊ perueniat ad maiorem reuolutionem extremitatis linee que est in regula reuoluta: cuius lōgitudo ē eq̄lis lōgitudini linee q̄ est in regula secūda: vt possibile sit nobis: cū fuerit eius reuolutio in illa extremitate: declarare per ipsam lōgitudinē que est inter duas extremitates: esse equalem. ¶ Et posuimus ꝯsiderationes lune fm hunc modū quē dicā: Cum fuerit trāsitus lune in veritate linee orbis meridiei: ⁊ in duobus punctis duoꝝ tropicoꝝ orbis signoꝝ (In habitudinibus nāq̧ istis similibus erūt orbes magni descripti sup̄ duos polos orbis horizōtis ⁊ super centrum lune ipsi orbes descripti sup̄ duos polos orbis signorū vere: in quibus videtur transitus lune in latitudine: ⁊ eius longitudo vera a pūcto summitatis capitū: et propter hoc declarabimus acceptionē eius) reuoluamus regulā in qua sunt due tabelle ad lunam apud transitum eius super lineam meridiei: donec aspiciens videat centrum lune ab ambobus foraminibus in medio foraminis maioris. ⁊ sciemus per regulā subtilem longitudinem que est īter duas extremitates duaꝝ linearum que sunt in duabus regulis. Post ea ponā ipsam super lineam diuisam in sexaginta partes in regula erecta secūda. ⁊ inueniemus numerum partium linee longitudinis quam prediximus: fm quantitatem qua erit medietas diametri orbis (quem lineat reuolutio in superficie orbis meridiei) sexaginta partes. Postea accipiemus arcum cui subtenditur linea huius longitudinis: ⁊ dicam ꝙ ipse est arcus lōgitudinis: que fuit tunc inter centrum lune quod videtur: ⁊ inter punctum summitatis capitum: in orbe magno descripto super duos polos horizontis: ⁊ super lunam. ⁊ hic orbis fuit tunc ipse meridiei orbis descriptus super polos orbis equationis diei ⁊ orbis signorum. ¶ Et vt sciremus fm verificationē maiorem transitum lune qui erit in latitudine: considerauimus fm speculationem in hora in qua fuit luna in puncto tropici estiualis ⁊ in vltima longitudine septentrionis orbis lune declivis. Cum enim fuerit in his duobus punctis: erit eius transitus in latitudine fm sensum longe more: tardi motus. Et quia luna fuit tunc apud punctum summitatis capitum: in linea equidistante descripta super alexandriam: in qua nos fecimus considerationē: fuit locus eius qui videtur equalis loco eius verificato fere. Inuenimus ergo in pertransitionibus istis similibus longitudinē que est īter centrū lune a puncto summitatis capitū duas partes ⁊ octauā partis fere. donec declaratur ex hac inquisitione: ꝙ maior longitudo lune in latitudine ad duas partes orbis signorum ē quinq̧ partes. ⁊ ipse sunt partes addite sup̄ partes que sunt inter punctū summitatis capi-


tum: ⁊ inter orbem equationis diei. que iam demonstrate sunt in alexandria esse. 30. partes ⁊. 58. minuta: diminutis duabus partibus ⁊ octaua ptis: que sunt lõgitudo visionis. Jam vo ostensum fuit: qꝫ longitudo que est inter orbem equationis diei ⁊ inter punctum tropici estiui: est. 23. partes ⁊. 51. minuta. Et vt perscrutaremur diuersitatem aspectus: considerauimus etiam lunam sm modũ illi similem: quãdo fuit in puncto tropici hyemalis: ppter illõ cuius iam premisimus narrationẽ. Et quia tũc luna fuit maioris elõgationis a puncto summitatis capitum: sicut transitus eius qui fuit in orbe meridiei fuit diuersitas aspectus eius maior ⁊ manifestior. ¶ Ut aũt ponã ex diuersitatibus aspectuũ q̃s ꝯsiderauimus in pertrãsitionibus istis similibus: diuersitatem aspectus vnius. etiã demonstrabo per eam modum accipiendi: ⁊ numerationem eius quod remanet ex diuersitatibus aspectuũ: sm qꝫ sequitur.

¶ Capitulum tertiumdecimum De demonstrationibus longitudinum lune.




Onsiderauimus lunam in anno vigesimo annorum adriani: in die tertiodecimo mensis athus: qui est tertius ex mensibus egyptiorum: post quinqꝫ horas ⁊ medietatem ⁊ tertiã hore equales: a media die ⁊ iuxta occasum solis. Et fuit visa elongatio que est inter centrum lune ⁊ inter punctum summitatis capitum: per instrumentum quinquaginta partes ⁊ medietas ⁊ tertia ⁊ medietas sexte partis. Et illud fuit quia longitudo chorde quã inuenimus per regulam subtilem fuit. 51. partes ⁊ medietas ⁊ medietas sexte partis: sm quãtitatem qua diuiserunt medietatem diametri orbis reuolutionis in sexaginta partes. ⁊ ipsa est chorda arcus quinquaginta partiũ ⁊ medietatis ⁊ tertie ⁊ medietatis sexte partis: sm quãtitatẽ qua erit circulus. 360. partes. Fuit autem tempus qð fuit inter duo loca solis ⁊ lune in pmo annoꝝ Nabuchdo. ⁊ inter horam huius cõsiderationis octingenti ⁊ octuagintaduo anni egyptij: ⁊ septuagintaduo dies ⁊ quinqꝫ hore ⁊ medietas ⁊ tertia hore absolute equales. que sm verificationẽ erũt quinqꝫ hore ⁊ tertia hore. Et inuenimus solem in hac hora per cursum suum medium in septẽ partibus ⁊. 31. minutis libre. sm verificationem vo in quinqꝫ partibus ⁊. 28. minutis eius. Et locum lune per cursum suũ mediũ. 25. partes ⁊. 44. minuta sagittarij. Et fuit cõprehensum quod fuit inter duo loca eoꝝ per cursum mediũ. 78. partes ⁊. 13. minuta. Et inuenimus longitudinem que fuit inter longitudinem longiorem mediam in orbe reuoluente: ⁊ inter locũ lune per cursum suum medium. 262. partes ⁊. 20. minuta. Partes autẽ latitudinis que est ab vltima longitudine septẽtrionis. 354. partes ⁊. 40. minuta. ⁊ propter hoc addidit quãtitas diuersitatis super illud quod est pprium ei in tabulis septẽ ptes ⁊. 26. minuta. Quapropter fuit verificatio loci lune in illa hora in longitudine quidẽ tres partes ⁊ decem minuta capricorni. Et in latitudine in orbe quidem declivi ab vltima longitudine septẽtrionis due partes ⁊ sex minuta. Et in orbe quidem lineato sup duos polos orbis signorũ (qui fuit tunc existẽs orbis meridiei fere) quattuor partes ⁊. 59. minuta ab orbe signorum ad septẽtrionẽ. Et longitudo loci trium partium et decẽ minutoꝝ capricorni ab equatiõe diei in illo orbe ad partem meridiei. 23. partes ⁊. 49. minuta. Et fuit elongatio equationis diei a pũcto summitatis capitum in alexandria ad partem meridiei. 30 partes ⁊. 58. minuta. Ergo fuit longitudo vera cẽtri lune a pũcto summitatis capitũ. 49. partes ⁊. 48. minuta. Fuitqꝫ visa eius longitudo. 50. partes ⁊. 55. minuta. Ergo fuit diuersitas aspectus lune sm quantitatem transitus eius hic positi pars vna ⁊ septẽ minuta: in orbe magno descripto super ipsaꝫ ⁊ sup duos polos horizontis. Et fuit eius elongatio vera a pũcto summitatis capitum. 49. partes ⁊. 48. minuta. ¶ Et postq̃ quod pdiximus fit notum: lineabo in supficie orbis magni descripti super duos polos horizontis ⁊ super lunam: videlicet super centrum eius orbẽ terre magnũ supra quem sint. a. b. ⁊ orbem quidem continentem lineam rectam: que transit super centrũ lune apud considerationem: supra quẽ sint. g. d. ⁊ orbẽ apud quẽ fit quãtitas terre sicut punctum: supra quẽ sint. e. r. b. t. sitqꝫ centrum oium eorum cõe punctum. k. ⁊ linea que a centro progreditur: ⁊ transit super punctũ summitatis capitum sit. k. a. g. e. Et sit luna super pũctum d. ⁊ eius longitudo vera a puncto summitatis capitũ: qð est punctum. g. est iste partes posite: scꝫ. 49. partes ⁊. 48. minuta. protraham autem duas lineas. k. d. b. ⁊. a. d. t. ⁊ etiam ptrahã a puncto. a. qð erit aspectus aspicientiũ perpendicularem super lineam. k. b. que sit perpendicularis. a. l. sitqꝫ linea. a. r. equidistans linee. k. b. manifestum est igitur aspiciẽtibus a puncto. a. qꝫ diuersitas aspectus lune est arcus. b. t. qui est pars vna ⁊ septẽ minuta: sm qꝫ comprehendimus per considerationem. Et quia arcus. r. t. est maior arcu. b. t. sm id qꝫ nõ cõputatur diuersitas: qm tota terra est apud orbẽ. e. r. b. t. sicut pũctum: erit arcus. r. t. circiter vnam partem ⁊ septem minuta. Quapropter qm cum punctum. a. positum fuerit cẽtrũ orbis. r. b. t. non erit in illo diuersitas numerata: erit angulus. r. a. t. pars ⁊ septẽ minuta: sm quãtitatem qua erunt quattuor anguli recti. 360. partes. ⁊ sm quãtitatem qua erunt duo anguli recti 360. partes erit due partes ⁊. 14. mi. Quapropter erit angulus a. d. k. ei equalis due partes






⁊.14.minuta.⁊ arcus qui est super lineā.a.l.erit due partes ⁊.14.minuta: ſm quantitatem qua erit circulus continens triangulum.a.d.l.orthogonium.360.partes.chorda igitur.a.l. erit due partes ⁊.21.minuta: ſm quātitatem qua erit diameter.a.d.120.ptes.ſed linea.d.l. est breuior diametro.a.d.ſm id ꝙ nō numeratur diuersitas.ergo ſm quantitatem qua erit linea.a.l.due partes ⁊.21.minuta: erit linea.d.l.fere.120.partes.Et etiā quia arcus.g.d.est 49.partes ⁊.48.minuta: erit angulus.g.k.d.qui est apud centrum orbis.49.partes ⁊.48. minuta: ſm quantitatē qua erunt quattuor anguli recti.360.ptes.ſed ſm quātitatē q̄ erūt duo anguli recti.360.partes: erunt.99.partes ⁊.36.minuta.Et propter hoc erit arcus qui est super lineam.a.l.99.partes ⁊.36.minuta: ſm quātitatem qua erit circulus cōtinens triangulum.a.l.k.orthogonium.360.partes.Et arcus qui est supra lineam.l.k.residuum ſemicirculi erit.80.partes ⁊.24.minuta.Et chorde que ſubtendūtur arcubus: chorda quidē.a.l. erit.91.partes ⁊.39.minuta: ſm quātitatē qua erit diameter.a.k.120.partes.Et erit chorda.l.k.77.partes ⁊.27.minuta: ſm quātitatem ergo qua erit diameter.a.k.que est medietas diametri terre pars vna: erit chorda quidem.a.l.46.minuta.⁊ chorda.k.l.39.minuta. ſed ſm quātitatem qua fuit linea.a.l.due partes ⁊.21.minuta: fuit declaratum ꝙ linea.l.d. est.120.partes fere.ergo ſm quātitatem qua erit linea.a.l.46.minuta: erit linea.l.d.39.partes ⁊.6.minuta.ſed ſm quātitates illas fuit linea.k.l.39.minuta.⁊ linea.k.a.que est medietas diametri terre fuit pars vna.ergo ſm illam quantitatem erit tota linea.k.d.continens longitudinem lune: que fuit in hora cōſiderationis.39.partes ⁊.45.minuta. Et illud est qđ ostendere volumus.

Et post huius declarationem lineabo orbē lune egredientis cētri: ſupra quē ſint a.b.g.ſupra centrum.d.⁊ ſit diameter eius.a.d.g.⁊ in diametro ſit centrum orbis signorum: ſupra quod ſit.e.et nota declinationis orbis reuoluētis ſit punctum.r. ⁊ lineabo ſupra centrum.b.orbē reuoluētē: ſupra quē ſint.b.t.k.l.⁊ protrahā lineas.b.h.t.e.⁊.b.d.⁊.b.k.r.ſitq; locus lune in hac conſideratione poſita punctū.l. ꝓtrahā autem duas lineas.e.l.⁊.l.b.⁊ ꝓducā lineam.b.e.⁊ faciam ipſam pertrāſire: ⁊ protraham ſuper ipſam duas perpendiculares a puncto quidē.d.perpendicularē.d.m.⁊ a puncto.r.perpēdicularem.r.n.Et quia in hora conſiderationis fuit numerus longitudinis.78.partes ⁊.13. minuta: erit propter illud cuius iam precessit declaratio: angulus.a.e.b.156.partes ⁊.26. minuta: ſm quantitatem qua erunt quattuor anguli recti.360.partes.⁊ vnuſquiſq; duorū angulorū.r.e.n.⁊.d.e.m.qui ſunt residuum complementi duoꝝ anguloꝝ rectoꝝ: erit.23.partes ⁊.34.minuta.⁊ ſm quātitatem qua erunt duo anguli recti.360.partes: erunt.47.partes ⁊.8.minuta.Quapropter erit arcus qui est super vnāquāq; duaꝝ lineaꝝ.d.m.⁊.r.n.47. partes ⁊.8.minuta: ſm quantitatem qua erit quiſq; duoꝝ circuloꝝ ꝯtinens duos triangulos.d.e.m.⁊.r.e.n.poſitos orthogonios.360.partes.quoniam linea.d.e.est equalis linee.e.r. Et arcus qui est super vnāquāq; duaꝝ lineaꝝ.e.m.⁊.e.n.erit ſm illam quantitatem.132.partes ⁊.52.minuta.igitur vnaqueq; chordaꝝ ſuaꝝ.ſ.chorda.d.m.et chorda.r.n.erit.47.ptes ⁊.59. minuta: ſm quātitatē qua erit vnaqueq; duaꝝ diametroꝝ.d.e.⁊.e.r.120.partes.Et vnaq̄q; duaꝝ linearum.e.m.⁊.e.n.ſm illam quātitatem erit.110.partes.⁊ ſm illam quātitatem ſm quā erit vnaqueq; duaꝝ lineaꝝ.d.e.⁊.e.r.decem partes ⁊.19.minuta.⁊ linea.d.b.medietas diametri orbis centri egredientis.49.partes ⁊.41.minuta: erit vnaqueq; duaꝝ lineaꝝ.d.m. ⁊.r.n.quattuor partes ⁊ octo minuta.⁊ vnaqueq; duaꝝ lineaꝝ.e.m.⁊.e.n ſm illam quātitatem erit nouem partes ⁊.27.minuta.Et quia cum minuitur ex quadrato linee.b.d. quadratū linee.d.m.remanet quadratum linee.b.m.erit lōgitudo linee.b.m.ſm illam quātitatē.49. partes ⁊.31.minuta.⁊ propter hoc erit linea.b.e.40.partes ⁊.4.minuta.⁊ remanet vt ſit linea.b.n.ſm illam quantitatem.30.partes ⁊.37.minuta: ſm quātitatem qua fuit linea.r.n. quattuor partes ⁊ octo minuta. Et quia cum aggregauerimus quadrata eaꝝ: erit eq̄le q̄drato.r.b.erit longitudo chorde.b.r.30.partes ⁊.54.minuta: ſm quātitatem qua linea.r.n.est quattuor partes ⁊ octo minuta.ergo ſm quantitatē qua erit diameter.b.r.120. partes: erit linea.r.n.ſexdecem partes ⁊ duo minuta.⁊ arcus qui est super eam erit.15.partes ⁊.21.minuta: ſm quantitatem qua erit circulus continens triangulum.b.r.n.orthogoniū.360.partes.angulus igitur.r.b.n.erit.15.partes ⁊.21.minuta: ſm quātitatem qua erunt duo anguli recti.360.partes.⁊ ſm quantitatem qua erit q̄ttuor anguli recti.360.ptes: erit ſeptē partes ⁊.40.minuta fere: que ſunt arcus.t.k.orbis reuoluentis.Et etiam quia longitudo lune fuit in hora conſiderationis a longitudine longiore media.262.partes ⁊.20.minuta.⁊ a pūcto k.qđ est longitudo propinquior media: ⁊ manifestum est ꝙ est residuū lōgitudinis medietatis circuli maioris.82.partes ⁊.20.minuta. erit arcus.k.l.82.partes ⁊.20 minuta. ⁊ totus arcus.t.k.l.90.partes.ergo angulus.t.b.l.est rectus.Et quia linea.b.d.que est medietas diametri orbis centri egredientis: est.49 partes ⁊.41.minuta.⁊ linea.b.l.que est medietas diametri orbis reuoluentis: est quinq; partes ⁊.15.minuta.⁊ ſm illam quātitatem fuit iam ostēſum ꝙ linea.e.b.est.40.partes ⁊.4.minuta.⁊ aggregatum ex quadratis earum est eq̄le






quadrato.e.l.erit longitudo linee.e.l.fm illam quantitatē.40.partes τ.25.minuta.longitudo ergo lune in hora considerationis fuit.40.partes τ.25.minuta: fm quantitatem qua fuit linea.b.l.que est medietas diametri orbis reuoluentis.quinq; partes τ.15.minuta. et linea.e.a.que est a centro terre ad longitudinē lõgiorē orbis centri egredientis.est.60.partes.τ linea.e.g.que est a centro terre ad longitudinē propinquiorē orbis centri egredientis est.39.partes τ.22.minuta. ℂ Jam vō ostensum fuit φ in hora ɔsiderationis lõgitudo lune.s.linea.e.l.fuit.39.partes τ.45.minuta: fm quantitatē qua erit medietas diametri terre pars vna.ergo fm quantitatē qua erit linea.e.l.que est longitudo lune in hora considerationis.39.partes.τ.45.minuta: τ medietas diametri terre pars vna: erit linea.e.a.que est lõgitudo lune media.que erit in hora applicationum.59.partes.τ linea.e.g.que est lõgitudo lune media.que erit in hora medietatis impletionis lune.erit.38.partes τ.43.minuta.et medietas diametri orbis reuoluētis.fm illam quantitatē erit quinq; partes τ decem minuta.Et hoc est quod demonstrare intēdimus.

ℂ Capitulum decimūquartum de scientia eorum que videntur ex coniunctione τ oppositione de quantitatibus diametrorum Solis τ Lune τ Umbre.



Et postq̄ declarauimus lõgitudines lune fm hunc modum: Sequitur illud nunc vt demonstremus longitudines solis. Et erit illud breuiter per lineas: cum nos addiderimus super longitudines lune: que erunt in hora application.ūquātitates angulorum.qui proueniūt apud aspectū.propter diametros solis τ lune τ vmbre. Nos vō abhorruimus operari in inquisitione huius per capitula quorum quantitates reperiuntur per instrumenta aque: aut instrumēta temporū elevationum equalitatis: quas estimauimus esse longitudinē diametrorum duorum luminarium: τ significant super ea: ideo φ non est possibile verificari illud per capitula istis similia τ instrumenta. Sed nos operati sumus in eo per instrumenta duarum regularum: quas declarauit Abrachis.fm lõgitudinē quattuor cubitoꝝ. Cum ergo nos considerauimus per hoc instrumentū: inuenimus diametrū solis cõtinere vnum angulū fere in omni loco: τ nõ est propter longitudinē solis in eo diuersitas.cuius sit magna quantitas. Diameter vō lune non cõtinet illum angulum.quem continet diameter solis: nisi cum fuerit longitudo eius a terra maxima: que erit in impletione lune in longitudine longiore orbis reuolutionis tui: fm φ simile est modis quibus operati sunt antiqui: τ non cum fuerit luna in longitudine media.cum eo namq; inuenimus angulos minores angulis qui reperiuntur per instrumentū.fm quantitatē manifestam.τ non paruā. τ non per quantitates instrumēti duarum regularū inuenimus illud: sed per quasdā eclypses lunares: cū quidē subtendunt quoq; duarum diametroꝝ angulo equali.s.quoꝝ vnus equalis est alteri. tunc iam fuit possibile accipere illud leuiter per duas regulas.non enim fit in illo aliquid ex numero partiū. Quante vō quantitatis sit angulus: manifestum fuit nobis iam φ dubitatio est in eo magna. quoniam apud considerationes nostras per duas regulas.erit illud quod obumbrat latitudo in longitudine regule ex eo quod est inter oculos nostros τ tabellā multus numerus. et propter hoc non est possibile vt sit fm veritatē. Et quia inuenimus lunā cū fuit in longitudine sua magna (sicut iam inuenimus eam in considerationibus eclypsium lunarium: que fuerūt in illa longitudine sua magna) sit angulus qui est apud visum aspicientis eq̄lis etiā angulo solis.qui est apud visum aspicientis etiā.cum ergo inuenerim⁹ quantitatē anguli q̄ subtenditur lune: tunc ex hoc iam inueniemus angulū qui subtēditur soli. ℂ Modi autē inueniendi quod diximus demonstrabimus scientiā in duabus eclypsibus etiā quas dicā. Fuit vna earum in anno qui fuit quintus annorum kalesen: qui est annus.127.annorū nabuchodono.27.die transacto mensis athus: qui est vnus ex mensibus egyptioꝝ: in nocte: cuius mane fuit dies vigesimusoctau⁹.τ in fine vndecime hore noctis incepit luna eclypsari in babylonia.fuitq; plurimum eclypsis eius a parte meridiei quarta diametri eius. Et quoniā eclypsis initiū fuit post mediam noctē quinq; horis tēporalibus: τ fuit tempus medium post medietatē noctis sex horis fere: que fuerūt tunc in babylonia quinq; hore τ medietas: τ tertia hore equales: quoniā locus solis fm verificationē fuit in illa hora.27.partes τ tria minuta arietis: Manifestū est igitur: φ eclypsis fuit tēpus medium apud plurimū q̄d cecidit ex diametro eius in vmbra: in babylonia quidem post medietatē noctis quinq; horis τ mediate τ tertia hore equalis: τ in alexandria post medietatē noctis quinq; horis tm̄. Et fuit tēpus aggregatum a pimo annoꝝ nabuchodono. vsq; ad horā medie eclypsis 126.anni τ.86.dies τ.17.hore equales absolute.τ erunt cum equate fuerint per diuersitatem dierum cum noctibus suis sexdecē hore τ medietas τ quarta hore. Et propter hoc fuit visus locus lune per cursum suum mediū in longitudine.25.partes τ.32.minuta libre. Et fuit locus eius verus.27.partes τ.5.minuta. Et fuit longitudo partis.in qua fuit luna a lon




gitudine longiore orbis reuolutionis. 340. partes ⁊. 7. minuta: fuitq; longitudo illius partis in orbe suo declivi a lõgitudie longiore septẽtrionis. 80. partes ⁊. 40. minuta. Manifestum est igitur: q cum fuerit longitudo centri ab vno duoꝝ nodorum nouẽ partes ⁊ tertia partis in orbe suo decliui cum fuerit in longitudine sua magna: ⁊ fuerit centrũ vmbre in orbe magno descripto supra illam longitudinem sm angulũ rectum orbis decliuis in loco in quo erunt magne tenebre: quarta diametri lune cadet in vmbrã. ¶ Et fuit eclypsis secũda in anno septimo annoꝝ chamersis: qui est annus ducẽtesimus ⁊ vigesimusquintus annorũ nabuchodono. decẽ ⁊ septẽ diebus mensis chamertuz transactis. in nocte cuius mane fuit dies decimusoctauus: ante medietatẽ noctis vna hora. Et eclypsatũ fuit ex luna in babylonia a parte septẽtrionis medietas diametri eius. Et fuit illa eclypsis in alexãdria ante medietatem noctis vna hora ⁊ medietate ⁊ tertia hore equalis fere. Et fuit tẽpus aggregatũ ducẽti ⁊ vigintiquatuor anni egyptii: ⁊ centũ ⁊ nonagintasex dies: ⁊ decẽ hore: ⁊ sexta hore absolute equales. que erũt sm verificationẽ nouẽ hore ⁊ medietas ⁊ tertia hore. quoniã sol fuit in. 18. partibus ⁊. 12. minutis cancri. Et fuit locus lune per cursum suũ mediũ in longitudine. 20. partes ⁊. 20. minuta capricorni: ⁊ sm verificationẽ. 18. ptes ⁊. 14. minuta. Et fuit lõgitudo eius a longitudine longiore orbis reuolutionis. 28. partes ⁊. 5. minuta. fuitq; longitudo illius partis a longitudine longiore septẽtrionis in orbe suo decliui. 262. partes ⁊. 12. minuta. Jam ergo manifestũ est: q ex hoc etiã cuz fuerit longitudo centri lune ab vno duorum nodoꝝ in orbe suo decliui septẽ partes ⁊ quattuor quinte partis: ⁊ fuerit luna in illa lõgitudine magna: ⁊ fuerit centrũ vmbre eius in loco quẽ prediximus: medietas diametri lune cadet in vmbrã. Sed cum fuerit longitudo centri lune ab vno duorũ nodoꝝ in orbe decliui nouẽ partes ⁊ tertia partis: erit longitudo eius a linea medii cinguli signoruz quadragintaocto minuta ⁊ medietas minuti partis vnius in orbe magno descripto sup ipsũ sm angulum rectũ orbis decliuis. Et cum fuerit eius longitudo ab vno duoꝝ nodoruz in orbe decliui septe; partes ⁊ quattuor quinte partis: erit elongatio eius a linea medii cinguli signoruz 40. minuta ⁊ due tertie minuti partis vnius in orbe magno descripto supra ipsum sm angulum rectũ orbis decliuis Et quoniã superfluitas que est inter duas eclypses: nõ est nisi quarta diametri lune: ⁊ superfluitas que est inter longitudines earum a linea medii cinguli signorum (que est centrũ vmbre) est septem minuta ⁊ medietas ⁊ tertia minuti: tunc manifestum est q tota diameter lune subtenditur arcui orbis magni: qui erit. 31. minuta et tertia vnius minuti. Et ꝓpter hoc declarat nobis q medietas diametri vmbre subtenditur. 40. minutis ⁊ duabus tertiis minuti partis vnius: cum fuerit in longitudine lune magna. Cum enim fuerit longitudo centri lune a centro vmbre iste partes: erit centrũ lune contingens circulum vmbre: ꝓpter hoc q illud quod eclypsat de luna est medietas diametri eius. erit ergo medietas diametri vmbre dupla medietati diametri lune: que ẽ quindecẽ minuta ⁊ due tertie minuti ⁊ tres quinte filis eius: excepta re parua: cuius nõ est magna quantitas. Cũ ergo inuenerimus has quantitates positas in ↄsiderationibus aliis pluribus ⁊ istis similibus cõuenientes fere: operabimur per eas in eis que videntur ex eclypsibus. ⁊ operati sumus per eas in hoc loco in declaratione longitudinis solis: quã ipse secutus est Abrachis. ⁊ fuerunt circuli solis ⁊ lune ⁊ terre quos cõprehendit figura pinealis minores circulis suis magnis descriptis in spheris coꝝ: ⁊ diametri coꝝ minores diametris eorum.

¶ Capitulum decimumquintũ de scientia vmbre terre: ⁊ longitudinis solis: ⁊ eorum que declarantur cum eis propter longitudinem lune.


Ostq̃ quod diximus fit notum: ⁊ lõgitudo lune magna cum fuerit in applicationibus erit. 64. partes ⁊. 10. minuta: sm quantitatẽ qua erit medietas diametri terre pars vna. quoniam iam ostensum est q longitudo media est. 59. partes. ⁊ medietas diametri orbis reuolutionis est. 5. partes ⁊. 10. minuta: Tunc considerabimus quanta erit longitudo solis ¶ Describã circulos orbiũ magnoꝝ in superficie spherarũ ipsorum: circulũ quidem orbis solis: supra quem sint. a. b. g. supra centruz. d. ⁊ circulum quidem orbis lune in longitudine sua magna: supra quẽ sint. e. b. supra centrũ. t. et circulũ orbis terre: supra quẽ sint. k. l. m. supra centrũ. n. Sintq; superficies coꝝ que sunt supra centra eorũ: superficies quidem continens terram ⁊ solem. supra quã sint. a. e. g. ⁊ cõtinẽs solem ⁊ lunã: supra quã sint. a. n. g. Sitq; axis cõis: supra quã sint. d. t. n. s. Et sint linee que trãseunt per loca ↄtactus: linee ↄtingẽtes: de quib⁹ manifestũ est q ipse erũt in sensu equales ⁊ equidistãtes diametri. linea quidẽ contingens circulũ orbis solis: supra quã sint. a. d. g ⁊ linea contingens circulũ orbis lune: supra quã sint. e. t. b. ⁊ linea contingens circulũ orbis terre: supra quam sint. k n. m. ⁊ linea contingẽs circulũ vmbre: in quã cadit luna in longitudine sua magna: supra quam sint. q. f. c. Et sit linea. t. n. equalis linee. n. f. ⁊ vnaquęq; earũ sit 64. partes ⁊. 10 minuta: sm quantitatẽ qua erit linea. n. l. que est medietas diametri terre

pars vna. Oportet igitur vt inueniamus proportionẽ linee.n.d.que est longitudinis solis ad lineam.n.l.que est medietas diametri terre. Faciã igitur pertransire lineam.e.b.vsq3 ad r. Et quia iam declarauimus: ꝙ diameter lune in eis que narrauimus de longitudine eius magna in applicationibus subtendit arcũ orbis descripti super ipsaz sup centrũ terre: qui erit.31.minuta ꝛ.20.secũda: ſm quantitatez qua erit circulus.360.partes: ergo erit angulus.e.n.b.31.minuta ꝛ.20.secũda: ſm quantitatẽ qua erunt q̃ttuor anguli recti.360.partes Et eius medietas: que est angulus.t.n.b.erit.31.minuta ꝛ.20.secũda: ſm quãtitatẽ qua erunt duo anguli recti.360.partes. Quapropter erit arcus qui est super lineã.t.b.31.minuta et.20.secũda: ſm quantitatẽ qua erit circulus continens triangulum.n.b.t.orthogonium 360.partes. Et arcus qui est super lineã.t.n.residuum cõplemẽti semicirculi erit.179.partes ꝛ.28.minuta ꝛ.40.secũda. Et chorde eorum erunt: chorda quidẽ.t.b.32.minuta ꝛ.48.secunda: ſm quantitatẽ qua erit diameter.n.b.120.partes.ꝛ ꝓpter hoc erit chorda.n.t.fere 120.partes. Cum autez fuerit linea.n.t.64.partes ꝛ.10.minuta: erit linea.t.b.ſm illã q̃ntitatem.17.minuta ꝛ.33.secũda.ꝛ ſm illam quantitatẽ erit linea.n.m.que est medietas diametri terre pars vna. Sed quia ꝓportio linee.f.c.ad lineã.t.b.est equalis ꝓportioni duoꝝ ꝛ trium quintarũ fere ad vnum: erit linea.f.c.ſm illam quantitatẽ.45.minuta ꝛ.38.secũda. ergo erunt due linee.t.b.ꝛ.f.c.pars vna ꝛ tria minuta ꝛ vndecẽ secunda: ſm quantitatẽ qua erit linea.m.n.pars vna. Sed ambe linee.f.c.ꝛ.t.r.scʒ totũ ſm illaʒ quantitatẽ sunt due partes: quoniã ipse sunt equales duplo.m.n. Et quia oẽs linee (quemadmodum diximus) sunt equidistantes: ꝛ linea.f.n.equatur linee.n.t.remanet ergo vt sit linea.b.r.residua.56.minuta ꝛ.49.secunda: ſm quantitatẽ qua erit linea.n.m.pars vna.ꝛ erit ꝓportio.n.m.ad.b.r.sicut ꝓportio.n.g.ad.g.b.que est sicut proportio.n.d.ad.t.d.ſm quantitatẽ ergo qua erit linea.n.d.pars vna: erit linea.t.d.56.minuta ꝛ.49.secũda.ꝛ linea.t.n.residua ſm illam quantitatem erit tria minuta ꝛ vndecẽ secunda. ergo ſm quantitatẽ qua erit linea.n.t.64.partes ꝛ.10.minuta: ꝛ linea.n.m.pars vna: erit linea.n.d.que est longitudo solis.1210.partes fere. Et silr quia ſm quantitatẽ qua erit linea.m.n.pars vna: fuit declaratũ ꝙ linea.f.c.ẽ.45.minuta.ꝛ.38.secũda.ꝛ ꝙ sicut ꝓportio linee.n.m.ad lineã.f.c.similiter proportio linee.n.s.ad lineam.s.f.ergo ſm quantitatẽ qua erit linea.n.s.pars vna: erit linea.f.s.45.minuta et 38.secunda.ꝛ linea.f.n.residua erit ſm illam quantitatẽ.14.minuta ꝛ.22.secũda.ſm q̃ntitatem ergo qua erit linea.f.n.64.partes ꝛ.10.minuta: ꝛ linea.n.m.medietas diametri terre pars vna: erit linea.s.f.203.partes ꝛ.50.minuta fere.ꝛ tota linea.s.n.est.268.partes. Jam ergo aggregatum est nobis: vt cum fuerit medietas diametri terre pars vna: erit ſm illam quantitatẽ longitudo lune quidez media in applicationibus.59.partes.ꝛ longitudo solis 1210.partes.ꝛ longitudo extremitatis vmbre a centro terre.268.partes. Et illud ẽ quod voluimus demonstrare.



¶ Capitulũ sextumdecimũ de sciẽtia magnitudinis corpoꝝ solis ꝛ lune ꝛ terre.




Et ex hoc leuior facta est nobis scientia magnitudinis corporuʒ per id quod scimus de ꝓportionibus diametri solis ꝛ lune ꝛ terre. Jam enim declaratum est nobis: ꝙ ſm quantitatem qua erit linea.n.m.que est medietas diametri terre pars vna: erit linea.t.b.que est medietas diametri lune.17.minuta ꝛ.33.secũda: ꝛ linea.n.t.64.partes ꝛ.10.minuta.ꝛ erit ꝓportio.n.t.ad.t.b.sicut ꝓportio n.d.ad.d.g.ergo ſm illam quantitatẽ qua iam ostensum est ꝙ linea n.d.est.1210.partes erit.d.g.que est medietas diametri solis quintupluʒ medietatis diametri terre ꝛ medietas eius fere. erunt ergo ꝓportiones diametroꝝ existentes ille ꝓportiões inuẽte. Scḋm quantitatem igitur qua erit diameter lune pars vna: erit diameter terre tres partes ꝛ due quinte fere. Et diameter solis decẽ ꝛ octo partes ꝛ q̃ttuor quinte partis. Diameter ergo terre erit in longitudine triplũ diametri lune ꝛ due quinte eius. Et erit diameter solis decuplũ ꝛ octuplũ diametri lune ꝛ quattuor quinte eius fere. Eritq3 diameter solis quintuplũ diametri terre ꝛ medietas eius fere. Et silr quia cubus qui erit ex multiplicatione vnius in se: deinde in se: non erit nisi vnus. ſm quantitatem vnius.ꝛ cubus qui erit ex multiplicatione tripli ꝛ duarum quintarũ eius in se.ꝛ postea in se: erit ſm illam quantitatẽ trigintuplum nonuplum et quarta eius fere.ꝛ cubus qui erit ex multiplicatione decupli ꝛ octupli ꝛ quattuor quintarũ eius in se: deinde in se: erit sexies mille ꝛ sexcentuplũ ꝛ quadragintuplũ ꝛ quadrupluʒ ꝛ medietas eius fere: Tunc iam aggregatum est nobis: vt ſm quantitatẽ qua erit magnitudo corporis lune pars vna: erit magnitudo corporis terre trigintuplũ ꝛ nonupluʒ ꝛ quarta eius fere.ꝛ ꝙ magnitudo corporis solis erit sexies mille ꝛ sexcentuplũ ꝛ quadragintupluʒ ꝛ q̃druplum: ꝛ medietas eius.ꝛ est centuplum ꝛ septuagintuplum corporis terre fere.

¶ Capitulū decimūseptimum de sciētia diuisionis diuersitatis aspectus q̄ est solis ⁊ lune.



Iam autem oportet postq̄ fuit quod prediximus. secundum ꝙ narrauimus: vt demonstremus etiam breuiter. quō accipiantur diuersitates aspectuū particulariū: ex quantitatibus longitudinū solis ⁊ lune. Demōstrabimus autem primū diuersitates. que videntur in orbe magno. descripto sup eos. ⁊ super punctuȝ sūmitatis capitū. Lineabo igitur insuperficie huius orbis magni. quē prediximus etiam orbem terre magnū descriptū: supra quem sint.a.b. ⁊ orbem quidē solis aut lune: supra quē sint.g.d. ⁊ orbem apud quē erit terra sicut punctū: supra quem sint.e.r.b.t. ⁊ sit centrū oīum eorum cōe punctum.k. ⁊ diameter lineata supra punctum sūmitatis capitum sit.k.a.g.e. Cū ergo separauerimus arcū a puncto.g. qō est sūmitas capitum: ad.d. ⁊ erit arcus.g.d. verbi gratia.30.partes: secundum quantitatē qua erit orbis.g.d.360.partes. ⁊ protraxerimus etiā duas lineas.k.d.b.⁊.a.d.t. ⁊ produxerimus a pūcto.a.lineam equidistantē.k.b. que sit linea.a.r. ⁊ protraxerimus super eam perpendicularem.l.a. tunc quia lōgitudo nō figitur secundum vnam habitudineȝ in omni hora: que est propter vnū quodq̄ duorum luminarium. igitur propter hoc erit diuersitas diuersitatū aspectuum: que est propter solē: paruissima omnino: ⁊ non sensibilis: quoniā longitudo cētri orbis centri egrediētis solis ⁊ terre est parua: ⁊ lōgitudo ē magna. Diuersitas autem diuersitatū aspectuū lune erit sensibilis ⁊ manifesta propter motuȝ lune in orbe reuolutionis: ⁊ motū orbis reuolutionis in orbe cētri egrediētis: propter hoc qō demonstratur: ꝙ id quod facit motum in vnaquaq̄ duarum longitudinū diuersitatuȝ: non est paruum. Diuersitates autem aspectuū solis declarabimus per proportionē lōgitudinis vnius tm̄. per qō volo intelligi proportioneȝ.1210.partium ad vnam. Diuersitates vero aspectuȝ lune demōstrabimus in lōgitudinibus quattuor: vt sint in capitulis que futura sunt leuioris acceptionis. Assumam autem ex istis quattuor lōgitudinibus primū duas longitudines orbis reuolutōis: cuȝ fuerit in longiore lōgitudine orbis centri egrediētis. Et ex istis duabus longitudinibus assumā primum longitudinē. que peruenit ad longitudinē longiorem orbis reuolutionis: que facta fuit per illud cuius premisimus declarationeȝ.64 partes ⁊ decem minuta: secundum quantitatē qua erit medietas diametri terre pars vna. Et longitudo secunda est que peruenit ad longitudinem propinquiorē orbis reuolutionis: que fuit.53.partes ⁊.50.minuta. Due vero reliquae longitudines sunt: cuȝ fit orbis reuolutionis in lōgitudine propinquiore orbis centri egrediētis. Et ex his duabus assumā etiam primū longitudinem que peruenit ad longitudinem longiorē orbis reuolutionis: que fit propter id cuius iam premisimus declarationē.43.partes ⁊.53.minuta: secundum quantitatē qua erit medietas diametri terre pars vna. Secūda vero lōgitudo est que peruenit ad longitudinē propinquiorem orbis reuolutionis. ⁊ fit.33.partes ⁊.33.minuta secundum illam quantitatē. Et quia arcus.g.d. positus est.30.partes: erit angulus.g.k.d.30 partes: secundum quantitatē qua erunt quattuor anguli recti 360.partes. ⁊ secundum quantitatem qua erunt duo anguli recti.360.partes: erit.60.partes. Quapropter erit arcus qui est super lineā.a.l.60.partes: secundum quantitatē qua erit circulus cōtinens trianguluȝ.a.k.l. orthogoniū.360.partes. Et arcus qui est super lineam.k.l. residuū cōplementi semicirculi est.120.partes. Chorde ergo eorum: scȝ chorda.a.l. est.60.partes: secundum quantitatē qua erit diameter.a.k.120.partes: ⁊ erit chorda.k.l.103.partes ⁊.55.minuta secundum illam quantitatē. ergo secundum quantitatē qua erit linea.a.k. pars vna: erit.a.l.30.minuta: et linea.k.l 52.minuta. Et similiter erit quantitas linee.k.l.d. in longitudine quidem solis.1210.partes. ⁊ in lōgitudinibus quidē lune secundum terminū quidem primū.64.partes ⁊.10.minuta: ⁊ secundum terminū quidē scdm.53.partes ⁊.50.minuta. ⁊ secundum terminū quidē tertiū.43.partes ⁊.53.minuta. ⁊ secundum terminū quidē quartū.33.ptes.⁊.33.minuta. Ergo remanet linea.l.d. reliqua: que est loco linee.a.d. nō tamen diuersificatur in hoc quin ipsa sit diuersa non equalis: que in lōgitudine quidem solis erit.1209.partes ⁊ octo minuta. Et in longitudinibus quidem lune erit secundum terminū quidem primū.63.partes ⁊.18.minuta. ⁊ secundum terminū secundum.52.partes ⁊.58.minuta. ⁊ secundum terminum tertium.43.partes ⁊ minutum vnum ⁊ secundum terminum quartū.32.partes ⁊.41.minuta. Secundū quantitateȝ ergo qua erit chorda.a.d 120.partes: erit linea.a.l. duo minuta ⁊.59.secūda. Et vt non iteremus sermonē in oi hora cōmendabimus memorie longitudines secundum ordines suos. Postea erit.56.minuta ⁊.52.secunda. deinde erit pars vna ⁊ septem minuta ⁊.58.secunda. postea pars vna ⁊.23.minuta ⁊.41.secūda. postea pars vna ⁊.50.minuta. Et arcus qui est sup eam primo erit duo minuta ⁊.52.secūda. postea erit.54.minuta ⁊.18.secūda. postea erit pars vna ⁊.4.minuta ⁊.54 secūda. ⁊ postea pars vna ⁊.20.minuta. postea vltimo erit pars vna ⁊.45.minuta fere: secundum quantitatem qua erit circulus continēs triangulū.d.l.a. orthogoniū.360.partes. ⁊ angulus a.d.b. qui est equalis angulo.r.a.t. erit secundum quantitateȝ qua erunt duo anguli recti.360.partes in principio duo minuta ⁊.52.secūda. postea erit.54.minuta ⁊.18.secunda. postea erit




pars vna ⁊ quattuoꝛ minuta ⁊.54.ſecunda.poſtea pars vna ⁊.26.minuta. poſtea tandem pars vna ⁊ 45.minuta. Et ſm quantitatē qua erunt quattuoꝛ anguli recti.360.partes:erit minutum vnum ⁊.25.ſecunda.poſtea.27.minuta ⁊.9.ſecunda. poſtea.32.minuta ⁊.27.ſecunda.poſtea.40.minuta tm̄.poſtea.52.minuta ⁊.30.ſecūda.Ergo quia punctum.a.non eſt diuerſum a centro.ſ.puncto.k.⁊ arcus.r.b.t.eſt maioꝛ arcu.b.t.ſm quantitatem inſenſibilē.qm̄ tota terra apud oꝛbē.e.r.b.t.fuit ſicut punctū.erit arcus.b.t.qui eſt diuerſitas aſpectus:ſm quantitatē qua erit circulus.e.r.b.t.360.partes:in longitudine quidem ſolis minutum vnū ⁊.25.ſecūda: ſed in lōgitudinibꝰ lune ſm terminū pꝛimū.27.minuta ⁊.9.ſecūda.⁊ ſm terminū ſecundū.32.minuta ⁊.27.ſecunda.⁊ ſm terminum tertium.40. minuta: ⁊ ſm terminum quartū.52.minuta ⁊.30.ſecunda.Et hoc eſt quod opoꝛtuit nos declarare.

ET ſm ſimilitudinem illius in eis que remanent ex lōgitudinibus que ſunt a puncto ſūmitatis capitū:numerauimus diuiſionē diuerſitatis aſpectus ſm terminos quattuoꝛ:⁊ poſuimus eam oībus ſex partibus vſq; ad complementū nonaginta partium:in tabulis quas lineauimus ad cognitionē diuerſitatis aſpectus :in quadraginta quinq; areis etiā:⁊ in nouem tabulis.Et poſuimus in pꝛima tabularū earū numerum partium quarte:que ſunt.90.partes.⁊ manifeſtū eſt ꝙ earum ſupfluitas eſt ſm duas ⁊ duas partes.Et in tabula ſecūda poꝛtionē minutoꝛum cuiuſq; poꝛtionū que ſunt ex diuerſitate aſpectus ſolis. Et in tabula tertia diuerſitatē aſpectus lune ſm terminū pꝛimum. Et ī tabula quarta ſuperfluitatē que eſt inter terminum pꝛimū ⁊ terminū ſecundum diuerſitatis aſpectus lune. Et in tabula quinta diuerſitates aſpectuum lune que ſunt ſm terminū tertiū Et in tabula ſexta ſuperfluitatē diuerſitatis aſpectus lune que eſt inter terminū quartū ⁊ terminum tertium. ſicut(verbi gratia:)illud quod poſuimus in tabula pꝛima ſolis vnū minutum ⁊.25.ſecunda.Et poſt illud.27.minuta ⁊.9.ſecūda:que ſunt lune ſm terminū pꝛimū. Et quinq; minuta ⁊.18.ſecūda:que ſunt augmentū qđ addit terminus ſecūdus ſuper terminū pꝛimū.Deinde poſt illud etiā.40.minuta : que ſunt tertij termini.Deinde poſt illud.12 minuta ⁊.30.ſecūda:que ſunt augmentū quod addit terminus quartus ſup terminum tertiū.℄ Et vt ſciremus diuerſitates aſpectuū lune in lōgitudinibus que ſunt in eis que ſūt inter longitudines q̄ ſunt lōgitudo longioꝛ:⁊ inter lōgitudines que ſunt longitudo pꝛopinquioꝛ:ſm quantitatē diuiſionis poꝛtionū ſectionū partium:bꝛeuiter ex eis que poſuimus in terminis quattuoꝛ de minutis poſitis:poſuimus tabulas tres reliquas:vt ꝓducēmus ex eis has diuerſitates poſitas:quarum conſiderationes poſuimus ſm modū quem dicā ſi deus voluerit. Lineabo oꝛbē reuolutionis lune:ſupꝛa quem ſint.a.b.g.ſupꝛa centrum.e.⁊ ſit punctum.r.centrum oꝛbis ſignoꝝ ⁊ centrum terre.⁊ pꝛotrahā lineam.a.e.r.⁊ pꝛoducā lineā r.g.b.⁊ pꝛotrahā duas lineas.b.e.⁊.g.e.⁊ pꝛoducam ſuper lineā.a.d.duas ꝑpendiculares a puncto quidem.b.perpendicularem.b.h.⁊ a puncto.g.perpendicularem.g.t.Et ſit pꝛimū lōgitudo lune a puncto.a.qđ eſt longitudo longioꝛ que videtur vere ad centrū.r.arcus.a.b ⁊ ſit iſte arcus(verbi gratia).60.partes.vt ſit angulus.b.e.h.60.partes:ſm quantitatē qua erunt quattuoꝛ anguli recti.360.partes.⁊ ſm quantitatem qua erunt duo anguli recti.360 partes erit.120.partes.Et ſimiliter erunt duo arcus:ille quidem qui eſt ſuper lineam.b.h.120 partes:ſm quantitatem qua erit circulus continēs triangulū.b.e.h.oꝛthogoniū.360 partes.⁊ arcus qui eſt ſuper lineā.e.h.qui eſt ad complendā medietatē circuli.60.partes. Erunt ergo choꝛde eoꝛum : choꝛda quidem.b.h.103.partes ⁊.55.minuta: ſm quantitatē qua erit diameter.e.b.120.partes.⁊ choꝛda.e.h.ſm illam quantitatem erit.60.partes. Cum autem fuerit punctum.e.ſc; centrū oꝛbis reuolutionis in longitudine lōgioꝛe oꝛbis centri egredientis: erit pꝛopoꝛtio.r.e.ad.e.b.ſicut ꝓpoꝛtio.60.ad quinq; partes ⁊.15.minuta.ſm quantitatem ergo qua erit linea.e.b.quinq; partes ⁊.15.minuta:erit linea.b.h. quattuoꝛ partes ⁊.33.minuta:⁊ linea.e.h.due partes ⁊.38.minuta.⁊ tota linea.h.r.erit.62.partes ⁊.38.minuta.Et quia ex quadrato linee.r.h.cum quadrato linee.b h.qn̄ ei coniungeť: erit quadratum linee.r.b.erit longitudo linee.r.b.62.partes ⁊.38.minuta: ſm quantitatē qua erit.r.a.que eſt longitudo que eſt in termino pꝛimo.65.partes ⁊.15.minuta.Et erit linea.r.d.que eſt lōgitudinis que eſt ſm terminū ſecundum.54.partes ⁊.45.minuta.⁊ linea a.d.que eſt ſupfluitas que eſt inter duas lōgitudines hoꝛū duoꝛum terminoꝝ erit decem partes ⁊.30.minuta.ergo ſm diuerſitatē que eſt in eis que ſunt inter longitudinē que eſt in termino ſecūdo ⁊ inter lōgitudinē que eſt in termino pꝛimo erit due partes ⁊.27.minuta ſm quantitatē qua erit tota diuerſitas decem partes ⁊.30.minuta.Quapꝛopter ſm quātitatem qua erit tota diuerſitas.60.minuta:erit diuerſitas.14.minuta . Illud ergo eſt quod iam ſiximus in tabula ſeptima:in area in qua eſt ex numero medietas.60.per quod intelligitur.30.quoniā oēs partes ſixe in tabula pꝛima:que ſunt.90.partes:ſunt medietas.180. q̄ ſunt in eis q̄ ſunt inter terminū pꝛimū ⁊ quartū. ℄ Et ſilr ſi nos poſuerimus arcum.g.d. ſm illam quātitatē.60.partes:declarabiť ꝙ linea.g.t.erit q̄ttuoꝛ partes ⁊.33.minuta:ſm q̄ntitatē q̄ erit linea.g.e.q̄ eſt medietas diametri oꝛbis reuolutiōis quinq; partes ⁊.15.m̄.⁊

similiter erit linea.e.t.due partes ⁊.38.minuta: ⁊ remanet vt sit linea.r.t.sm illam quātitatē 57.partes.⁊.22.minuta. Quapropter erit chorda.r.g.57.partes ⁊.33.minuta.quas cū minuerimus etiā ex.65.partib⁹ ⁊.15.m.q̄ sunt termini p̄mi: inueniem⁹ residuū septē partes ⁊ 42.minuta: que sunt ex minutis diuersitatis totius.44.minuta: ⁊ ipsa ponemus in illa tabula: ⁊ opponemus ea numero.60.ꝓpterea ꝙ arcus.a.b.g.est.120.partes. Et illud ē quod oportuit nos demonstrare.

Et etiam figam hos arcus sm habitudinē suam: ⁊ imaginabor punctum.e.quod est centrū: super longitudinē propinquiorē orbis centri egrediētis: que est locus in quo est terminus tertius ⁊ quartus. Et quia in hoc loco erit ꝓportio.e.r.ad.e.h sicut ꝓportio.60.ad octo.ergo sm quantitatē qua erit.h.e.octo partes: aggregat vt sit vnaqueq; duarum linearū.b.h.⁊.g.t.cū fuerit vnusquisq; duorū arcuū.a.b.⁊.d.g.60.partes: sex partes ⁊.56.minuta: sm quātitatē qua erit linea.r.e.60.partes.⁊ vnaqueq; duarum linearum.e.h.⁊.e.t.sm illam quantitatē quattuor partes.⁊ propter hoc cum fuerit.r.h.sm illam quantitatē.64.partes: ⁊.r.t.56.partes: ꝓpter illud aggregat vt sit chorda.r.b.64 partes ⁊.23.minuta.⁊ erit chorda.r g.sm illam quantitatem.56.partes ⁊.26.minuta: sm quantitatem qua erit linea.r.a.que est termini tertii.68.partes: ⁊ linea.a.d.que est diuersitatis termini quarti sexdecē partes. Si ergo nos minuerimus.64.partes ⁊.23.minuta ex.68 partibus: erit residuum tres partes ⁊.37.minuta: que erunt ex minutis totius: scʒ sexdecem 13.minuta.33.secūda.⁊ silr ponam hec etiam opposita numero.30.partiuʒ in tabula octaua. Et si nos minuerimus.56.partes ⁊.26.minuta ex illis.68.partibus: erit residuū vndecem partes ⁊.34.minuta.quarum portio ex sexdecim(que est diuersitas tota)erit.43.minuta ⁊.24.secunda.que similiter figemus in tabula octaua opposita numero.60.partiuʒ. Que autem aggregantur ex diuersitatibus: que erunt ꝓpter motū lune in orbe reuolutionis: sunt sm modum quem diximus ⁊ posuimus.

Diuersitatum v̄o que sunt ꝓpter reuolutionem orbis reuolutionis in orbe centri egredientis acceptio est sicut narrabo. ¶ Describā orbem centri egrediētis lune: supra quem sint.a.b.g.d.supra centrum.e.⁊ diametrū.a.e.g.⁊ imaginabor super hanc diametrum centrum orbis signoꝝ supra notam.r.⁊ cum protraxerimus lineam.b.r.d.⁊ posuerimus etiam vnumquēq; duoruʒ angulorum.b.r.a ⁊.g.r.d.60.partes: sm quantitatem qua erunt quattuor anguli recti.360.partes.⁊ illud est quod accidet si fuerit longitudo.60.partes: cum fuerit centrum orbis reuolutionis super punctum.b.⁊ cū fuerit centrū orbis reuolutionis supra punctū.d.erit lōgitudo.120.partes. Et cum ꝓtraxerim⁹ duas lineas.b.e.⁊.e.d.⁊ ꝓduxerimus a pūcto.e.ꝑpendicularē super lineā.b.r.d.supra quaʒ sint.e.h.tunc quia angulus.b.r.a.erit.120.partes: sm quantitatē qua erunt duo anguli recti.360.partes: erit arcus quidē qui est sup lineam.e.h.120.partes: sm quantitatē qua erit circulus ɔtinens triangulū.e.r.h.orthogoniū.360.partes.⁊ arcus qui est sup lineā.r.h.60 partes diminutas ex cōplemento semicirculi. Erūt ergo chorde que subtēduntur eis: chorda quidē e.h.103.partes ⁊.55.minuta: sm quantitatē qua erit diameter.r.e.120.partes: ⁊ chorda quidē.r.h.sm illā quantitatē.60.partes. Silr ergo erit.r.e.quidē que est id quod ē inter duo cētra: decē partes ⁊.19.minuta.⁊ medietas quidē diametri orbis cētri egrediētis 49.partes ⁊.41.minuta.sm ergo illam quantitatē erit linea.e.h.octo partes ⁊.56.minuta ⁊ linea.r.h.sm illā quantitatē erit quinq; partes ⁊ decē minuta. Et quia cuʒ ex q̄drato linee b.e.minuit quadratū linee.e.h.erit residuū quadratū linee.h.b.erit vnaqueq; duarū lineaꝝ h.b.⁊.d.h.sm illā q̄ntitatē.48.partes ⁊.53.minuta: erit ḡ tota.r.b.54.partes ⁊ tria minuta sm quantitatem qua erit linea.r.a.que est terminus primus.60.partes.⁊ linea.r.g.que est terminus secūdus.39.partes ⁊.22.minuta.⁊ supfluitas que est inter eas.20.partes ⁊.38.minuta.⁊ remanet vt sit linea.r.d.sm illā quantitatē.43.partes ⁊.43.minuta. Et quia.60.partes addūt sup.54.partes ⁊ tria minuta quinq; partes ⁊.57.minuta: que sunt ex.20.partibus ⁊.38.minutis: que sunt diuersitatis totius.17.minuta ⁊.18.secunda. Et super.43.partes q̄dē ⁊.43.minuta addunt.16.partes ⁊.17.minuta: que sunt etiam ex.20.partibus ⁊.38.minutis.47.minuta ⁊.21.secūda.ergo manifestū est: ꝙ oportet vt ponamus.17.minuta ⁊.18.secunda in tabula nona, opposita numero.30.partiū: que sunt longitudinis longioris.⁊.47.quidem minuta ⁊.21.secunda opponamus numero.60.qui est etiam.120.qm̄ cū fuerit longitudo propinquior apud numeruʒ.90.erit lōgitudo.60.⁊ lōgitudo.120.equales in potentia. Et hoc est quod voluimus ostendere.



Et sm hunc modum numerabimus in arcubus aliis, quod erit ex minutis diuersitatis, sm additiones tres positas super oēs duodecem portiones: que erunt etiaʒ sup omnes has sex portiones in numeris positis in tabulis: propter hoc ꝙ.180.partes(que sunt a longiore longitudine ad propinquiorē longitudinē)complent in tabulis super.90.partes. Posuimus ergo qd̄ aggregatum fuit ex minutis sm mēsuratio nem cuiusq; numeroꝝ: cuiusq; portionis proprietatē: declarauimus scʒ que sunt inter por-

tiones ex superfluitate portionū que sunt super omnes sex partes. Posuimus ea secundū superfluitatē equalem. quoniā diuersitas in eis fere non mutat mensurationē secundū aliquid magnū: nisi quod fuerit maius hac quantitate: neque in superfluitate: neque in diuersitate aspectus. ¶ Et hec est descriptio tabularum.

¶ Capitulum decimumoctauū de positione tabularum diuersitatis aspectus.

Numeri.	☉ Diuersitates aspect⁹ Solis.		☾ Tabule supfluitatū diuersitatū aspectuū lune: Primi modi		Secūdi Modi sup pᵐ		Tertij Modi			quarti modi. sup 3ᵐ		☽ Minuta longitudinis orbis reuolutionis: longioris.		propinquioris.		Minuta orbis cētri egrediē.	
prima	secūda		tertia		quarta		quinta			sexta		septima.		octaua		nona	
partes	m	2	m	2	m	2	g	m.	2	m	2	m	2	m	2	m	2
2	0	7	1	54	0	23	0	3	0	0	50	0	14	0	11	0	15
4	0	13	3	48	0	45	0	6	0	1	40	0	28	0	22	0	30
6	0	19	5	41	1	7	0	9	0	2	30	0	42	0	33	0	45
8	0	25	7	34	1	29	0	11	40	3	20	1	22	1	7	1	13
10	0	31	9	27	1	51	0	14	20	4	10	2	2	1	41	2	21
12	0	37	11	19	2	12	0	17	0	5	0	2	42	2	15	3	9
14	0	42	13	10	2	33	0	19	40	5	50	3	35	3	18	3	22
16	0	48	15	0	2	54	0	22	20	6	40	4	28	4	11	5	35
18	0	53	16	49	3	15	0	25	0	7	30	5	21	5	19	6	48
20	0	58	18	36	3	36	0	27	40	8	20	6	39	6	25	8	22
22	1	4	20	22	3	54	0	30	20	9	10	7	57	7	41	10	4
24	1	9	23	6	4	18	0	33	0	10	0	9	15	8	57	11	39
26	1	15	24	49	4	39	0	35	40	10	50	10	50	10	29	12	32
28	1	20	25	30	4	59	0	37	20	11	40	12	25	12	1	15	25
30	1	25	27	9	5	18	0	40	0	12	30	14	0	13	33	17	18
32	1	30	28	46	5	37	0	42	40	13	20	15	52	15	22	19	23
34	1	35	30	21	5	55	0	44	20	14	10	17	44	17	11	21	28
36	1	40	31	54	6	13	0	47	0	15	0	19	36	19	0	23	33
38	1	44	33	24	6	30	0	49	40	15	50	21	40	20	19	25	40
40	1	49	34	51	6	46	0	51	20	16	40	23	44	22	58	27	47
42	1	54	36	14	7	3	0	53	0	17	30	25	48	24	57	29	54
44	1	58	37	37	7	20	0	55	40	17	20	27	52	27	1	32	0
46	2	3	38	55	7	25	0	57	20	18	10	29	56	29	5	34	6
48	2	8	40	14	7	49	0	59	0	19	0	31	0	31	9	36	12
50	2	12	41	38	8	3	1	0	40	19	50	33	0	33	14	38	9
52	2	16	42	39	8	16	1	2	20	20	40	35	0	35	18	40	6
54	2	20	43	45	8	29	1	4	0	21	30	38	0	37	24	42	3
56	2	23	44	48	8	42	1	5	40	21	20	40	50	39	24	43	49
58	2	26	45	48	9	53	1	6	20	21	10	42	40	41	24	45	35
60	2	29	46	46	9	3	1	8	0	22	0	44	0	43	24	47	21
62	2	32	47	40	9	13	1	9	40	22	50	45	56	45	13	48	49
64	2	34	48	30	9	22	1	10	20	22	40	47	22	47	2	50	17
66	2	36	49	15	9	31	1	12	0	23	30	49	48	48	11	51	45
68	2	38	49	57	9	39	1	13	40	23	20	50	56	50	24	52	57
70	2	40	50	36	9	46	1	14	20	23	10	52	22	51	57	54	9
72	2	42	51	11	9	53	1	15	0	23	0	53	48	53	30	55	21
74	2	44	51	44	9	58	1	15	40	23	40	54	57	54	41	56	32
76	2	46	52	12	10	4	1	16	20	24	20	56	6	55	52	57	23
78	2	47	52	34	10	8	1	17	0	24	30	57	15	57	3	57	54
80	2	48	53	13	10	11	1	17	40	24	40	57	57	57	47	58	26
82	2	49	53	19	10	14	1	17	20	24	50	58	39	58	31	58	58
84	2	50	53	21	10	16	1	18	0	24	0	59	21	59	35	59	30
86	2	50	53	29	10	16	1	18	40	24	40	59	34	59	30	59	40
88	2	51	53	33	10	17	1	18	20	24	50	59	40	59	45	59	50
90	2	51	53	34	10	17	1	19	0	24	0	60	0	60	0	60	0

¶ Capitulum decimumnonū De cognitione equandi diuersitates aspectuum et equatione earum.



Longitudo et Latitudo ac Magnitudo stellarum fixarum

Forme et Stelle	Lõgitudo s	g	m	Pars	Lati^do g	m	Magni.	
Sequens earum	5	17	0	M	11	45	4	
Que est super extremitatem pedis: et est cõmunis ei et ydre	5	20	30	M	18	10	3	
Harum ergo septem stellarum in magnitudine tertia sunt quinqz. in quarta vna. et in quinta vna								
Stellatio Centauri: et ẽ forma aialis cuius anterius ẽ hois: posterius equi. Imago. 44.								
Longior quattuor que sunt in capite in parte meridiei	6	10	30	M	21	40	5	
Longior earum in septentrione	6	10	0	M	13	50	5	
Antecedens reliquarum mediarum	6	9	10	M	20	30	5	
Sequens earum: et est reliqua ex quattuor	6	10	0	M	20	0	5	
Que est super spatulam sinistram antecedentem	6	8	10	M	25	40	3	
Que est super spatulam dextram	6	15	40	M	22	30	3	
Que est super humerum sinistrum	6	9	10	M	17	30	4	
Septentrionalis duarũ antecedentiũ quattuor que sunt in clypeo	6	18	10	M	22	30	4	
Meridionalis earum	6	19	10	M	23	45	4	
Que sunt super extremitatem capitis duarum reliquarum	6	22	0	M	18	15	4	
Reliqua harum duarum: et est declinior hac ad meridiem	6	23	30	M	20	50	4	
Antecedens trium que sunt in latere dextro	6	13	20	M	28	20	4	.e.m.
Media earum	6	13	0	M	30	20	4	.e.m.
Sequens trium	6	15	10	M	28	[illegible]	4	.e.m.
Que est super adiutorium dextrum	6	16	20	M	26	30	4	.e.m.
Que est super brachium dextrum	6	22	50	M	25	15	3	
Que est in extremitate manus dextre	6	27	30	M	24	0	4	
Lucida que est in origine corporis hominis	6	18	0	M	33	30	3	.e.m.
Sequens duarum occultarum septentrionalium ab ea	6	17	40	M	31	0	5	
Antecedens earum	6	16	30	M	30	20	5	
Que est in radice dorsi	6	12	10	M	33	50	5	
Antecedens hanc: et est super dorsum equi	6	9	0	M	37	40	5	
Sequens trium que sunt super dorsum	6	5	50	M	40	0	3	
Media earum	6	5	0	M	40	20	4	
Antecedens trium	6	2	40	M	41	0	5	
Antecedens duarum coniunctarum que sunt super coxam dextram	6	2	40	M	46	10	2	
Sequens earum	6	8	30	M	46	45	4	
Que est in pectore sub ascella equi	6	18	20	M	40	45	4	
Antecedens duarum que sunt sub ventre	6	16	20	M	43	0	2	
Sequens earum	6	17	40	M	43	45	3	
Que est super concauitatem pedis dextri	6	10	0	M	51	10	2	
Que est super calcaneum huius pedis	6	15	20	M	51	40	2	
Que est super concauitatem pedis sinistri	6	15	20	M	55	10	4	
Que est super musculum huius pedis	6	11	10	M	55	40	4	
Que est super extremitatem pedis dextri anterius	6	8	20	M	41	10	1	
Que est super genu pedis sinistri	6	24	10	M	45	20	2	
Exterior et est sub pede dextro postremo	6	14	40	M	49	10	3	
Illarum ergo. 37. stellarum in magnitudine prima est vna. in scda. 5. in tertia. 7. in qta. 15. in quinta. 9.								
Stellatio Lupi. Imago Quadragesimaquinta								
Que ẽ sup extremitatẽ pedis postremi apud extre^m manus dulmen	6	28	0	M	24	50	3	
Que est super concauitatem huius pedis	6	25	50	M	20	10	3	
Antecedens duarum que sunt super spatulam	7	1	0	M	21	15	4	
Sequens earum	7	4	10	M	21	0	4	
Que est in medio corporis lupi	7	3	0	M	25	10	4	
Que est in ventre sub mirach	7	0	10	M	27	0	5	
Que est super coxam	7	0	50	M	24	0	5	
Septentrionalis duarum que sunt apud originem coxe	7	4	40	M	28	30	5	
Declinior earum ad meridiem	7	3	40	M	30	0	5	
Que est super extremitatem dorsi	7	5	20	M	33	10	5	
Meridionalis trium que sunt super extremitatem caude	6	22	0	M	31	20	5	
Media harum trium	6	21	50	M	30	0	4	

Longitudo et Latitudo ac Magnitudo stellarum fixarum

Forme et Stelle	Lōgitudo			[illegible]	Lati°		[illegible]	
	s	g	m		g	m		
Septentrionalis earum	6	23	0	M	29	20	4	.e.m.
Declivior duarum que sunt in cervice ad meridiem	7	8	50	M	17	0	4	.e.m.
Declivior earum ad septentrionem	7	9	20	M	15	20	4	.e.m.
Antecedens duarum que sunt in muscida	7	5	40	M	18	30	4	
Sequens earum	7	6	40	M	11	50	4	
Declivior duaꝝ que sunt in pede qui est in anterioribus ad meridiē	7	27	20	M	11	30	4	.e.m.
Declivior earum ad septentrionem	7	26	30	M	10	0	4	.e.m.
Illaꝝ ergo decem ꝛ novem stellaꝝ in magnitudine tertia sunt due. in q̄rta undecem. in quinta sex.								
Stellatio Laris. Imago Quadragesimasexta								
Declivior duarum que sunt in basi eius ad septentrionem	7	27	40	M	22	40	5	
Declivior earum ad meridiem	7	0	20	M	25	45	4	
Que est in medio capitis laris	7	26	10	M	26	30	4	.e.m.
Septentrionalis trium que sunt in loco ignis	7	20	40	M	30	20	5	
Declivior duarum coniunctarum reliquarum ad meridiem	7	25	10	M	34	10	4	.e.m.
Declivior earum ad septentrionem	7	25	0	M	33	20	4	
Que est super extremitatem flāme	7	20	50	M	34	0	4	
Harum ergo septem stellarum in magnitudine quarta sunt quinque. ꝛ in quinta due.								
Stellatio Corone meridionalis. Imago Quadragesimaseptima								
Antecedens deforis arcus meridionalis	8	9	10	M	21	30	4	
Sequens eam super coronam	8	11	40	M	21	0	5	
Sequens hanc	8	12	10	M	20	20	5	
Sequens etiam hanc	8	14	50	M	20	0	4	
Que est post istam coronam genu sagittarij	8	16	10	M	18	30	5	
Que est post istā ꝛ est declivior ad septentrionē lucida q̄ est in genu	8	17	20	M	17	10	4	
Que est declivior hac ad septentrionem	8	16	50	M	16	0	4	
Que est declivior hac etiam ad septentrionem	8	16	30	M	15	20	4	
Sequens duaꝝ antecedentiū q̄ sunt post istā in arcu septentrionali	8	15	10	M	15	50	6	
Antecedens duarum occultarum	8	14	40	M	14	50	6	
Antecedens has multum	8	11	50	M	14	40	5	
Antecedens etiam hanc	8	9	40	M	15	50	5	
Sequens ꝛ est declivior ad meridiem ea que est ante ipsam	8	16	9	M	18	30	5	
Illarum ergo tredecem stellarum in magnitudine quarta sunt quinque. in quinta sex. in sexta due.								
Stellatio Piscis meridionalis. Imago Quadragesimaoctava								
Que est in ore: ꝛ est stella que est in principio aque	10	0	40	M	20	20	4	
Antecedens triū q̄ sunt sup revolutionē capitis anguli meridionalis	10	4	10	M	22	15	4	
Media earum	10	5	40	M	22	30	4	
Sequens trium	10	4	20	M	16	15	4	
Que est apud gulam	9	25	10	M	19	30	5	
Que est super spinam meridianam que est super dorsum	10	1	10	M	15	10	5	
Sequens duarum que sunt in ventre	9	28	50	M	14	14	4	
Antecedens earum	9	25	10	M	15	15	4	
Sequens trium que sunt super spinam septentrionalem	9	21	50	M	16	30	4	
Media earum	9	21	0	M	18	10	4	
Antecedens trium: ꝛ est super extremitatem caude	9	26	0	M	22	15	4	
Harum ergo undecem stellarum in magnitudine quarta sunt novem. ꝛ in quinta due.								
Que sunt circa piscem meridionalem: ꝛ non sunt in forma.								
Antecedens trium lucidarum antecedentium piscem	9	8	0	M	22	20	3	.e.l.
Media earum	9	11	10	M	22	10	3	.e.l.
Sequens harum trium	9	14	0	M	21	0	3	.e.l.
Occulta antecedens hanc	9	12	0	M	20	50	5	
Meridionalis duarum reliquarum que sunt in parte septentrionis	9	13	50	M	16	0	4	
Declivior earum ad septentrionem	9	13	50	M	14	50	4	
Harum ergo sex stellarum in magnitudine tertia sunt tres. in quarta due. ꝛ in quinta una.								

Universe g̃ stelle que sunt in parte meridiana sunt. 316. Quaꝝ in magnitudine prima sunt. 7. in secunda. 18. in tertia. 60. in quarta. 167. in quinta. 54. in sexta. 9. ꝛ nebulosa una.

¶ Omnes ergo stelle fixe in septentrione: meridie: ⁊ orbe signorum ex eis que habent magnitudinem sunt. 1027. Quarum in magnitudine prima sunt. 15. ⁊ in secūda. 45. ⁊ in tertia. 208. ⁊ in quarta. 476. ⁊ in quinta. 216. ⁊ in sexta. 50. ⁊ nebulose. 5. ⁊ ex tenebrosis. 11. ⁊ luminosa vna. Et stella sita per tauguebe ⁊ per comam non intrant in numerum. Stelle tauguebe dicuntur comete.

¶ Capitulum secundum de modo orbis lactei: nominati maiarati: id est area que mouetur.



LOca vͦ stellarum fixarum fm suum ordinem sunt quemadmodum posuimus. Nos autem addemus illi fm ꝙ sequitur ex ordinibus modū orbis lactei: qui est maiarati fm plurimū qđ est fm ꝙ considerauimus vnāquāꝗꝗ partium eius. ⁊ studeamus ponere descriptionem diuisionis eius: que nobis imaginate sunt ex eo. Jam enim declarabitur ꝯsiderantibus ꝯsideratione absoluta: ꝙ orbis lacteus non est vnius descriptionis absolute. Uerum est cingulum: cuius color est color lacteus: fm plurimū qđ assimilatur. ⁊ propter hoc nominatur lacteus. Jpse vͦ non est equalis creationis neqꝫ ordinis. sed est diuersus in latitudine: ⁊ in colore: et in spissitudine: ⁊ in loco. Et ipse in quibusdā partibus videt̃ cingulū duplex. Et similiter inueniemus partes eius reliquas: que supabundanti indigent studio ad sui considerationem loci. igitur partis cinguli duplicis vna duarū partium est apud larem. ⁊ alia est apud gallinam. Cingulum vͦ antecedens non est coniunctum alij. quoniam inter ea est superfluitas ⁊ sectio apud cōiunctionem eorum apud larem ⁊ apud coniunctionem eorum super gallinam. Cingulum autem sequens postremum coniungitur in parte reliqua maiarati: ⁊ fit hic cingulum vnum: super quod eleuatur orbis magnus descriptus super medium eius: super quod ponemus sermonem nostrum prius. Et incipiemus in partibus eius que sequuntur meridiem. ipsum namqꝫ reuoluitur super duos pedes centauri. qui nominatur arabice ad tolmen. ⁊ est valde rarum ⁊ occultum. Stella vero que est in ventre pedis eius postremi dextri: est ad partem meridiei parum a linea almaiarati septentrionali. et similiter stella que est super genu eius antecedens sinistrum. et stella que est sub calcaneo eius postremo dextro. ⁊ stella que est in brachio eius postremo sinistro: sunt i medio almaiarati. ⁊ stella que est super calcaneum antecedens dextrum. et stella que est super calcaneum postremū dextrum longitudo ad septentrionem a parte meridiana est due partes fere: fm quantitatē qua orbis descriptus super duos polos orbis est. 360. partes Quod autem ex maiarati est super postremos pedes ipsius est spissius parum. Deinde post illud est longitudo lateris septentrionalis quod est maiarati a stella que est super dorsum lupi pars et medietas partis fere: fm quantitatem qua est orbis descriptus. 360. Latus autem meridianum continet stellam que est super carbones laris: ⁊ contingit septentrionalem duarum stellarum coniunctarum que sunt super coopertorium laris. Stella vͦ que est in medio coopertorij est in maiarati. ⁊ he partes sunt partes plurimum rare. Deinde post illud pars quidem septentrionalis maiarati continet spondiles tres que sunt apud centrum scorpionis. ⁊ continet inuolutionem nebulosam que sequitur centrum. Latus autem quod oppònitur meridiei contingit stellam que est in calcaneo dextro anteriore sagittarij. ⁊ continet stellam que est super manum sinistram. Stella vͦ que sequitur meridiem sagittarij est extra maiarati. Et stella que est super bastulam sagitte: est in medio maiarati. Stelle vͦ due que sunt in parte septentrionali sagittarij: sunt in maiarati. Sed longitudo cuiusqꝫ earū ab vnoquoqꝫ duorum laterum: vel a contrario latere est maior parte vna parum: meridionalis a latere meridiano: ⁊ septentrionalis a latere septentrionali. Et locus stellarū que sunt apud spondiles tres est spissior parum. Qui vͦ continet bastulam est spissior valde: ⁊ videtur quasi fumus. sed que est post illud earum est rarior. ⁊ peruenit vsqꝫ ad vulturem volantem. ⁊ firmatur fere super illam latitudinem. Stella vͦ que est super extremitatem caude serpentis: et quam comprehendit lator serpentis cum ipsa fuerit in aere claro: erit longitudo a latere maiarati antecedente maior parte vna parū. Due vͦ stelle antecedentes ex stellis orientalibus que sunt sub ea sunt vere in maiarati. Sed longitudo dextre earum a latere quod sequitur est vna pars. ⁊ septentrionalis earū longitudo est due partes. Stella vͦ que sequitur ex stellis que sunt in humero dextro vulturis volantis contingit hoc latus. Stella vͦ antecedens continetur ab eo interius. Et similiter stella orientalis antecedens ex stellis que sunt in ala septētrionali vulturis. Stella autem orientalis que est inter duas spatulas: et due stelle que sunt cum ea super lineam rectam: sunt parum diminute a contactu huius lateris. Et post illud sagittam totam continet almaiarati. Et stella que est super bastulam longitu-

do a latere quod est ad partem orientis est pars vna. Et stelle que est super extremitatez hastule longitudo a latere qđ est ad partem occidentis est due partes. Locus autem stelle que sequitur vulturem volantem est spissus parum. ⁊ locus reliquarum est rarior. ⁊ post illud fit almaiarati ad gallinam. Latus autem quod sequitur occidentem et septentrionem separat stella que est in humero meridiano galline: et stella que est sub eo in illa ala: et due stelle que sunt super pedem eius meridianum per arcus ⁊ latus quod sequitur orientem ⁊ meridiem: separat stella que est in extremitate canne meridionalis pedis eius. et continet duas stellas que sunt sub hac ala: ⁊ sunt egredientes a forma. et earũ longitudo ab hoc latere est due partes fere. Quod autem est ex partibus suis que sequuntur hanc alam est spissius parum. ⁊ qđ est post illud coniungitur huic cingulo: ⁊ multum est spissius: ⁊ est quasi videatur principij alterius. ⁊ videtur inclinatum ad finem cinguli alterius: ⁊ est ei apud ipsum separatio. et est coniunctum: a latere quidem quod sequitur meridiem est coniunctũ huic cingulo quod diximus nunc. ⁊ est multum rarum in loco applicationis. Deinde incipit spissitudo post separationem que est apud cingulum aliud a stella lucida que est in radice caude galline: et ab involutione occulta que est in genu eius septẽtrionali. postea redit ⁊ inspissatur paulatim paulatim vsq; ad stellam que est super genu meridianum. Deinde rarificatur paulatim vsq; ad locum pilei inflãmati. Postea separatur latus quod sequitur septentrionem per stellam meridianam trium que sunt in galero: ⁊ per stellam que sequitur tres. Et egrediuntur ex almaiarati duo rami: quorum vnus est ad partem septentrionis ⁊ orientis. ⁊ alter ad partem meridiei et orientis. Deinde post hoc continet almaiarati totum habentem palmam illinitam: preter stellam que est in extremitate pedis. Latus autem quod sequitur meridiem terminat stella que est in capite habentis palmam illinitam. Sed latus quod sequitur septentrionem terminat stella que est in pede sedis et in naso cruris habentis palmam illinitam. Relique autem stelle que sequuntur palmam illinitam sunt in almaiarati. Eius vero quod est apud latera est superficiens rarior. quod autem est in medio habentis palmã illinitam videtur spissitudo eius longa. Et post illud continet almaiarati partes dextras poli. Deinde etiam terminat latus rarum quod est in parte septentrionis stella egrediens a genu dextro inflãmati sola. Et terminat latus spissum quod est ad partem meridiei stella lucida que est super latus eius dextrum: et due stelle que sunt ex tribus que sunt a parte meridiei ab eo sequentes. Et in inflãmato etiam involutio nebulosa que est in capulo. et stella que est super caput eius. et stella que est super humerum eius dextrum. ⁊ stella que est super cubitum eius dextrum. et quadrilaterum quod est super genu eius dextrum. ⁊ etiam stella que est illius coxe que sunt in medio almaiarati. Stella autem que est in cavilla dextra est intus parum in latere meridiano. Et post illud transit cingulum super alaioc et demonstratur eius amplitudo rara parũ. ⁊ stella que est super humerum dextrum: que dicitur alaioc: ⁊ nominatur hircus. ⁊ due stelle que sunt in brachio dextro occidentales a contactu lateris orientalis septentrionalis almaiarati. ⁊ stella parua que est super pedem sinistrum revolutionis cavilla terminat latus meridianum occidentale. Sed stella que est super pedem dextrum est intus in hoc latere quantitate medietatis partis. Et due stelle opposite que sunt super brachium eius sinistrum: et nominantur duo hedi: sunt in medio cinguli. Deinde post hoc transit almaiarati super pedes geminorum: ⁊ spissitudo eius multum longa que videtur apud stellas que sunt in extremitate pedis geminorum. Stellam autem que sequitur ex tribus que sunt sub pede alaioc dextro: que sunt super lineam rectam. ⁊ stellam que sequitur ex duabus stellis que sunt in loco illo audacis: et est nomen loci romane calurus. et stellam que est in septentrione ex quattuor stellis que sunt in extremitate manus eius: comprehendit latus antecedens almaiarati. Stella vero lucida que est sub manu pastoris dextra. ⁊ stella que est in extremitate pedis sequentis gemini sunt intra latus sequens quantitate partis vnius fere. Stelle autem que sunt in residuo extremitatis pedum: sunt in medio almaiarati. Et in hoc quidem loco declinat cingulũ ab asebere. i. cane minore algameisa. ⁊ ab asebere alababor. Ab algameisa quidẽ tota declinat ad orientem. ⁊ est extra almaiarati absq; paruo. Ab alababor autem declinat ad partem occidentis: ⁊ etiam tota est propinqua ad hoc vt sit extra almaiarati. Ad stellam vero que est super duas aures canis: ⁊ est asebere alababor: peruenit cingulũ crescendo: cuius extremitas est similis nubibus. Stella autem que sequitur eam post in collo canis est propinqua contactui cinguli. Et stella que est super caput canis: ipsa sola est egrediens. et eius longitudo a latere orientali est due partes et medietas fere. Omnis vero amplitudo huius loci rarescit paulatim paulatim: ⁊ attenuatur. Et post hoc transit almaiarati super nauim. et stella septentrionalis que precedit stellas que sunt in revolutione clypei qui est in pectore eius cum oppositione lateris cinguli quod sequitur occidentẽ. ⁊ stella que est in medio clypei. ⁊ due stelle vicine opposite que sunt sub eo. et stella lucida que est in extremitate transtri: quod est in costato nauis. et stella media trium que sunt in temone minuuntur paulatim a contactu illius stelle. Stella vero septentrionalis trium que sunt in saranhe. i. in ligno nauis terminant latus orientale. Et stella lucida que est sub revolutione sequente que est in transtro est extra huius la-

tus sm quantitatem partis vnius. et stella meridionalis duarum lucidarum que sunt in medio antenne contingit hoc latus. Due vo stelle lucide que sunt in portione temonis sunt intra latus antecedens quantitate duarum partium fere. Et ab hoc loco contingit almaiarati cingulum descriptum super pedes centauri qui est ad tolmen. Et hec expansio que videtur super nauim attenuatur paulatim paulatim: et inspissatur ex ea quod sequitur reuolutionem pectoris nauis. et illud est saranhe et portio temonis eius. Hoc autem cingulum cuius precessit relatio habet alterationem in raritate sua: et in spissitudine sua quemadmodum diximus apud cingulum comprehensum apud larem. Deinde ex hoc est ei principium aliud et continet spondiles tres que sunt in corpore scorpionis. Et est stella que sequitur ex tribus que sunt in corpore scorpionis egrediens a latere occidentali quantitate partis vnius. Stella vo que est in spondili quarta: que est in aere puro et claro in eo quod est inter duo cingula: quorum longitudo ab vnaquaque earum est ppinqua equalitati. et est pars vna aut plus partum. Deinde post illud redit cingulum precedens ad orientem portio circuli. Et similiter terminat latus antecedens almaiarati stella que est super genu dextrum latoris serpentis. Et latus quidem sequens terminat stella que est nauis cruris latoris serpentis. et stella antecedens ex stellis que sunt in extremitate pedis eius contingit hoc latus. Et post hoc etiam latus occidentale terminat stella que est sub cubito dextro latoris serpentis. Et terminat latus orientale stella antecedens duarum stellarum que sunt in extremitate huius manus. Postea ex hinc est sectio longa cum aere puro. Et in illo loco sunt due stelle super caudam serpentis post stellam que est in extremitate. Reliquus vo locus huius cinguli totus est amplitudo aerea subtilis omnino diuisa ab amplitudine continente spondiles tres. hec est autem spissa parumper. Deinde post hanc sectionem est almaiarati principium aliud ex quattuor stellis que sequuntur humerum dextrum latoris serpentis. Et latus quod sequitur orientem huius portionis terminat stella lucida contingens solum. et ipsa est que est sub cauda vulturis volantis: qui nominatur romane aquila. Latus vo aliud quod opponitur ei terminat stella longior ex quattuor stellis quas diximus: que sunt a parte septentrionis. Deinde ex hinc cum raritate hac cingulum angustatur in parte que precedit stellam que est in rostro galline: donec estimetur per illud sectio. Reliquum autem latus huius cinguli quod est a stella que est in rostro vsque ad stellam que est in pectore galline dilatatur et inspissatur multum. et in medio illius spissitudinis est stella que est in collo galline. et iam declinat aliquid partis sue rarum ad partem septentrionis a stella que est in pectore vsque ad stellam que est in humero ale sue dextre: et vsque ad duas stellas compares que sunt in extremitate pedis eius dextri. Deinde ex hoc quemadmodum diximus in precedentibus est sectio pura et clara apud cingulum aliud quod est a stella quam diximus ex stellis galline vsque ad stellam lucidam que est in cauda galline.

Capitulum tertium in scientia artificij sphere corporalis.



Uod autem videtur de almaiarati: est sm q iam narrauimus in locis suis. Ut vo faciamus exemplum per spheram corporalem sm q sequitur modos quos iam firmauimus in sphera stellaru fixarum. quibus declaratur q motus reuolutionis eius propinquus est in similitudine motui reuolutionis stellarum retrogradarum: scz motui vniuersali primo ab oriente ad occidente super duos polos equationis diei. et ipse mouetur reuolutione sui super duos polos orbis solis: qui est linea orbis medij signorum ad contrarium illius. Est ergo artificium eius et acceptio positionis stellarum eius in eo sm hunc modum quem narrabo. Nos quidem sphere colorem no ponemus similem colori aeris qui est diei. verum ponemus eum similem colori aeris qui est noctis. quo videntur stelle. Postea signabimus super spheram duo puncta opposita sm veritatem. et ponemus ea duos polos super quos describemus orbem magnum existentem semper in superficie orbis medij signorum. et describemus super duos polos ipsius orbem magnum existentem super angulum rectum eius. qui incipit ab vna suarum partium que sunt apud orbem medij signorum. Diuidam ergo ipsum sm diuisionem orbis medij signorum et partium eius. et sunt. 360. partes. et firmabo ex numeris partium quantitatem que videtur esse competens. Deinde faciam duas armillas ex substantia forti productas sm percussionem. quarum quadrate superficies sint liniate et polite ab omnibus partibus suis certa liniatione et vera. quarum vna minor sit altera parum. Et sit armilla vna minor contingens spheram cum omni amplitudine superficiei sue interioris. Et describam in medio superficiei plane apparentis ex ea: et armilla que est maior parum per duas lineas secantes la-

titudinem earum in duo media & duo media sm veritatem. & pertenia3 cum duabus lineis ad medietatem cuiusq3 duarum armillarum. et diuidam vnum duorum laterum que sunt a duobus lateribus linee cuiusq3 duarum armillarũ. & diuidam etiam duas medietates duorum circulorum a loco sectionis eorum in. 180. partes. Cum ergo fecerimus illud: erit minor armilla ipse orbis descriptus semper super duos polos equationis diei: et super duos polos orbis signorum: et etiam super duo puncta duorum tropicorum super hanc amplitudinem diuisam quam diximus. Et faciemus in medio in oppositione apud duas extremitates duarũ sectionum duo foramina. & ponemus in eis duos clauos apud duos polos sphere: quos accepimus in sphera duos polos orbis signorum: donec fit armilla reuoluta per totam superficiem sphere. ℂ Ut autem assumamus principium stellis fixis. propterea quia non est sm veritatem: vt signemus duo puncta duarum equalitatum: & duo puncta duoru3 tropicorum sm veritatem orbis signorum in sphera: quando non fuerit eius quod considerauimus longitudo de stellis fixis nisi ab hoc puncto: signabimus luminosiorem & splendidiorem earum: sc3 eam que est in ore canis: & est asehere alabahor. Demonstrabit ergo eius locus ab orbe descripto super angulos rectos orbis signorum ex parte prima: que est principium diuisionum. & eius longitudo ab orbe medii signorum est iste partes posite in latitudine ad partem poli meridiani. Et similiter demonstrabitur locus cuiusq3 stellarum fixarum sm q sequitur in libro signabimus notam nostram. & reuoluatur armilla super duos polos orbis signorum cuius portio altera est diuisa. Quotiens ergo reuoluerimus partem superficiei lateris diuisi ad notam orbis signorum: erit longitudo illius partis a principio numerorum qui sunt portionis in qua est canis: sicut numerus partium longitudinis stelle quesite in longitudine a cane: sm q est in libro. Postea cum nos peruenerimus ad reuoluendam notam lateris diuisi: erit longitudo etiam eius ab orbe medii signorum sicut longitudo stelle in libro sm q narratum est: aut ad polum septentrionalem: aut ad polum meridianum ab orbe signorum. super illum ergo locum signabimus locum stelle. ℂ Et preparabimus post illud: & colorabimus spherã colore citrino decenti mensuratione: & sm q simile est. & sequemur quantitates que opponuntur vnicuiq3 stellarum fixarum in libro. Alteratio vo formarum figurarum cuiusq3 signorum declarabitur sm q est facilius per lineas tm continentes stellas intrinsecas in illa figura. & istarum linearum color non sit multum contrarius colori totius sphere: vt non simus negligentes vtilitatem significationis eius: neq3 sit quod ponitur de diuersitate colorum destruens similitudinem exempli sm veritatem. & sit nostra consideratio exemplar quo exemplificetur: et seruatio nostra facilior nobis erit cum nos considerauerimus ipsum: et accipiemus ea in eo per nostram considerationem illius in exemplo spherico & imaginatione mouente stellas. ℂ Et quia iam premisimus modum loci almagesti sm q sequitur etiam illud quod declaratum est ex narrationibus locorum et figurarũ & spissitudinum et raritatum et sectionum in eo quod est inter illud. tunc componamus armillam maiorem duarum armillarum: que est orbis meridiei super armillam minorem continentẽ spheram super duos polos qui sunt sicut duo poli orbis equationis diei. et hec duo puncta sunt in armilla maiore: que est orbis meridiei apud duas extremitates etiam duarũ sectionum medietatis circuli. & sunt lateris diuisi quod est super terram. et sunt duo puncta opposita fixa: & in armilla minore descripta super polos amborum orbium apud duas extremitates duorum arcuum: quorum longitudo ab vnoquoq3 duorum polorum orbis signorum oppositorum est partes declinationis: sc3. 23. partes et. 51. minutũ. Et remanent apud sectiones duoꝝ orbium loca parua: in quibus sunt foramina ad componendum quod componimus. Latus vo armille maioris diuisum & manifestum est: q ipsum semper est equale orbi meridiei descripto super duo puncta duorum tropicorum. et oportet vt preparemus in omni hora: & opponamus per ipsum illi parti partium orbis signorum: cuius longitudo partium que sunt inter ipsam & inter principium canis: ex partibus que sunt in illa hora est longitudo canis a puncto tropici estiui. sicut fuit in principio regni Antonini duodecem partes & tertia. Orbem vo meridiei erigamus erectum super horizonta: que est in basi. Et sit superficies eius que videtur diuisa in duas medietates. & sit possibile vt reuoluatur supra superficiem sui ipsius: vt possimus in omni hora eleuare polum septentrionalem ab horizonte sm quantitatem partium que sunt in orbe meridiei proprietatis cuiusq3 arcuũ climatum. & non ingrediatur super nos diminutio: postq̃ non est possibile vt firmemus in sphera orbem equationis diei & duos tropicos. Postq̃ enim sit latus meridiei diuisum punctum quod est in medio inter duos polos equationis diei: cuius longitudo ab vnoquoq3 eorum est nonaginta partes: & est quarta: est in potentia equalis puncto equationis diei: et duorum quidem pun.torum cuiusq3: quorum longitudo ab hoc puncto & a duobus lateribus est viginti tres partes et quinquaginta vnum minutum. que sunt declinatio: est potentia cuiusq3 potentia duorum tropicorum. eius quidem quod est ad septentrionem puncti tropici estiui. & eius quod est ad meridiem puncti tropici hyemalis. donec nos cum reuoluerimus reuolutionem primam ab oriente ad occidentem ad latus orbis meridiei diuisum: possimus com-

prehendere longitudines stellarum quesitarum in omni hora per illam diuisionem etiam et longitudines earum que sunt ab equatione diei: et a duobus tropicis per descriptionem super duos polos equationis diei.

¶ Capitulum quartum in proprietatibus figurarum que sunt stellarum fixarum.




Et postq̃ iam declarata est proprietas motus stellarum fixarum: superest vt loquamur de figuris earum. Figurarum igitur que sunt stellarum fixarum post figuras aliarum apud alias que sunt fixe: sicut cum quedam earum super lineam rectam sunt: aut super figuram trianguli: aut figuras illi similes. Quedam sunt que videntur apud stellas retrogradas tm̃: et apud solem et lunam: et apud partes orbis signorum. et quedã que videntur apud terrã tm̃. et quedã que videntur apud terrã et apud stellas retrogradas simul: et apud solẽ et lunã et apud p̃tes aut fines orbis signorum. Figure aũt stellarum fixarum que videntur apud stellas retrogradas aut apud sidera orbis signorum tm̃ in cõmunitate quidem erunt: aut cum fuerint stelle fixe: et vna stellarum retrogradarum super vnum circulorum descriptorum super duos polos orbis signorum: aut super circulos eorum diuersos: ita vt sint earum lõgitudines s̃m ternationem: aut quadrationem: aut sextationem: scꝫ vt sint continentes angulos: scꝫ aut angulum rectum: aut angulum addentem super ipsum: aut minuentem ab eo tertiam partem recti. et in proprietate quidem cum est possibile vt precedat vnaqueq; stellarum retrogradarum: scꝫ vt precedat vna stellarum retrogradarum vnum horum circulorum. Et he stelle sunt que stant in loco orbis signorum continente transitus stellarũ retrogradarũ in latitudine. Sed apud stellas quinq; retrogradas apud eas que videntur ex coniunctione earum apud contactum et apud cooperimentum. Apud solem vero et lunam apud occultationem earum et coniunctionem earum et p̃cessionem orientalitatis earum. Nominamus autem occultationem principium lesionis cuiusq; stellarum cum fuerit sub radio duorum luminarium. et nominamus coniunctionẽ cum cooperiunt se duo centra. et nominamus p̃cessionem orientalitatis earum primũ principium visionis stelle cum recedit de sub radijs duorum luminarium. Figure vero stellarum fixarum que sunt apud terram tm̃: sunt quatuor. Quas quidam homines nominant nomine quidem cõmuni centra chordarum. Et nomine quidem proprio orientem et medium celi super terram: et occidentem et medium celi sub terra. Ubi ergo est orbis equationis diei super summitatem capitum: omnes stelle fixe oriuntur et occidunt: et sunt in linea media celi super terram semel in omni reuolutione: et semel in linea medij celi sub terra. et duo poli orbis equationis diei sunt apud illum locum tangentes lineam orbis horizontis. Et non ponunt aliquam linearum equidistantium circulatarum super seipsos: neq; semper apparentem: neq; semper occultãtẽ. Et vbi duo poli sunt super sũmitatem capitum non oritur neq; occidit aliqua stellarum fixarũ: et hic locus orbis equationis diei est locus horizontis. et est vna duarum medietatum sphere: quas secat orbis equationis diei apparens semper super terram: et medietas altera occulta semper sub terra. Et est vnaqueq; stellarum in linea medij celi bis in omni reuolutione: scꝫ earum quedam etiam super terram: et quedam earum sub terra. ¶ Locorum vero decliuium que sunt in eo quod est inter hec duo loca: sunt circuli linearum equidistantiũ: quorum centrum est polus: semper apparentes: et circuli semper occulti. Stelle vero que continentur ab his circulis apud duos polos: non oriuntur neq; occidunt. verumtamen ipse sunt in linea medij celi bis in omni reuolutione. Sed ille stelle que sunt in circulo semper apparente: sunt etiam super terram semper apparentes. Et relique quidem que sunt in circulo semper occulto: sunt sub terra semper. Ille vero que sunt super lineas equidistantes maiores: oriuntur et occidunt. et sunt in linea medij celi vice vna super terram in omni reuolutione. et vice vna sunt in linea medij celi sub terra. Et ex eo tempus quidem cuius initium est ab vno centrorum et reuersio ad ipsum: est vnũ in omni loco. quoniam non continetur nisi a reuolutione vna in sensu. Et tempus quidem cuius initium est ab vno centrorum et peruenit vsq; ad illud quod ei opponitur: tunc quidem cum videtur apud orbem meridiei est etiam vnum in omni loco. quoniam continetur a medietate reuolutiõis vnius. Et quando quidem videtur apud horizontem: et fuerit orbis equationis diei super sũmitatem capitum etiam erit s̃m habitudinem vnam. quoniam vnũquodq; eorum continetur a medietate reuolutionis omnium linearum equidistantium quas secat non orbis meridiei tm̃: sed etiam orbis horizontis. In locis vero decliuibus alijs non est tempus quod est super terram: et quod est sub terra idem omnium equidistantiũ. Et manifestum est quoniam non in omni loco tempus quod est super terram equale est tempori quod est sub terra; nisi quod est super orbem equationis diei tm̃. Quoniam hunc secat tm̃ orbis horizontis in duo media etiam in sphera decliui. Omnes vero equidistantes alie diuiduntur in arcus non similes neq; equales. Et sequitur hoc vt sit tempus quod est ab oriente aut ab occidente ad vnam duarum


rum linearum medij celi equale omni tempori quod est ab illo medio celo ad orientem aut ad occidentem: propterea quod orbis meridiei secat lineas equidistātes in portiones equales. Tempus vero quod est ab oriente aut ab occidente ad vnamquamque duarum linearum medij celi in sphera quidem declini est diuersum. sed in sphera recta est equale. quoniam portiones que sunt super terram omnes sunt equales portionibus que sunt sub terra in hoc loco tm̄. Et propter hoc stelle que sunt in linea medij celi simul in sphera quidem recta oriuntur simul et occidunt simul semper. nisi ille quarum localis motus reuolutionis que est super duos polos orbis signorum est insensibilis. Sed in sphera quidē declini stelle que sunt in linea medij celi simul non oriuntur neque occidunt simul. sed que earum sunt in parte meridiei: oriuntur semper post illas que sunt in parte septentrionis: ꝛ occidunt ante eas. ¶ Figure vero stellarum fixarum que videntur apud terram: ꝛ apud stellas retrogradas: aut apud partes orbis signorum: secundum communitatem quidem etiam comprehenduntur propter illud quod contingit esse in oriente: aut in occidente: aut in medio celi simul: aut cum quibusdam stellis retrogradis: aut cum quibusdam partibus orbis signorum. Sed secundum proprium propter stellas quarum motus videtur ad solem secundum nouem modos. Modus figure prime est qui nominatur iliotis matutinalis: cū fuerit stella in horizonte orientali cum sole. Illius est qui nominatur orientalis occultus: sequens elongata eleuatio ꝛ est cum fuerit stella in principio sue occultationis: ꝛ postea incipit eleuari post solē: ꝛ illius est qui nominatur orientalis occultus ascendens simul. Tertia cum fuerit stella ipsa ꝛ sol simul in loco vno horizontis orientalis ascendēs simul. Et illius est qui nominatur orientalis precedens eleuationem ꝛ est cum stella in principio illius quod precedit orientalitatem suā eleuatur ante solē. ¶ Secunda vero figura est que nominatur medium celi matutinale: cum fuerit stella in orbe meridiei: ꝛ sol in horizonte orientali: aut super terram: aut sub terra. ꝛ huius etiam est qui nominatur medium celi postremum. nō enim videtur orientalis cum mediat celū stella post eleuationem solis equaliter. Et est eius qui nominatur mediū celi simul verū orientale cū mediat stella celū cū eleuatione solis eq̄lr: ꝛ est eius q̄ noīatur mediū celi añs oriētale: ꝛ est cum mediat stella celū añ eleuationē solis eq̄lr: ꝛ q̄d fuerit ex hac sup terram videbit̄. ¶ Figura vero tertia ē que noiat̄ occasus matutinalis: ꝛ est cū fuerit sol in horizōte oriētali: ꝛ stella i horizonte occidētali. Et huius etiā est qui nominatur nō occasus matutinalis postremus. Nō enim videtur oriētalis ꝛ est cū fuerit occasus stelle quando eleuatur sol equaliter. Et illius est qui nominatur occasus simul verus orientalis cū fuerit occasus stelle cum eleuatione solis equaliter. Et illius est qui noiat̄ occasus antecedens orientale qui videtur cum fuerit vt stella quando occultatur eleuetur sol equaliter. ¶ Figura aūt q̄rta est que nominatur iliotis mediū celi. Et est q cum fuerit sol in orbe meridiei: erit stella in horizonte iliotis. Et illius etiam sunt due spēs vna earum est que est diurna ꝛ nō videtur. ꝛ est cū fuerit sol in medio celi super terram ꝛ stella oritur. Et alia earū est que est nocturna ꝛ videtur. ꝛ est cum fuerit sol in medio celi sub terra: ꝛ stella oritur. ¶ Et figura quinta est que noiatur mediū celi meridies. ꝛ est cū fuerit sol ꝛ stella simul in orbe meridiei. ꝛ huius etiam sunt duo modi diurnī ꝛ non videntur. ꝛ est cū fuerit sol in medio celi super terram ꝛ fuerit stella aut cum eo super terram in medio celi aut sub terra in opposito. Et duo modi nocturni. ꝛ est cum fuerit sol in medio celi sub terra. Horū vnus nō videtur. ille vero qui nō videtur: est cū fuerit stella cum sole in medio celi sub terra. Qui vero videtur: est cum fuerit super terram in opposito suo. ¶ Figura vero sexta est que noiat̄ medietas diurna. ꝛ est cū fuerit stella in horizōte occidētali ꝛ sol in orbe meridiei. ꝛ huius ēt que est diurna nō videtur. ꝛ est cū fuerit sol in medio celi super terrā ꝛ stella occidit. Que aūt eius ē nocturna ꝛ videt̄: est cū fuerit sol in medio celi sub terra et stella occidit. ¶ Figura aūt septima est que nominatur iliotis vespertinus: ꝛ est cū fuerit sol in horizonte occidētali: ꝛ stella in horizonte oriētali. ꝛ huius etiam que noiatur horiētalis postrema vespertina videtur. ꝛ est cū eleuatur stella statim post occidētē solē. Et eius est que nominat̄ horiētalis simul vera vespertina ꝛ est cū fuerit vt stella eleuetur cū occasu solis. Et eius que noiatur oriētalis antecedēs vespertina nō videtur. ꝛ est cū eleuat̄ stella anteq̄ occidit sol. ¶ Figura aūt octaua est que noiatur mediū celi vespertinū ꝛ est cū fuerit sol in horizonte occidētali: ꝛ stella in orbe meridiei: aut super terrā: aut sub ea. Et hui⁹ ēt est que noiatur mediū celi postremū vespertinū cū fuerit vt q̄n sol occidit sit stella in medio celi: ꝛ q fuerit ex ea super terrā videbitur. Et illius que nominat̄ mediū celi vespertinum occultū simul: est cū fuerit vt stella mediet celū cū solis occasu. Et eius que nominatur medium celi antecedēs nō videtur: ꝛ est cū fuerit vt stella mediet celū ꝛ sol occidat. ¶ Figura aūt nona noiatur occasus vespertinus. ꝛ est cū fuerit stella cū sole in horizōte occidētali. huius ēt que nominatur occasus postremus vespertinus videtur cū fuerit vt sit p̄ncipiū occultationis stelle post occasum solis. Et ei⁹ que nominatur occasus occultus simul vespertinus. ꝛ est cū fuerit occasus stelle cū occasu solis. Et eius que nominat̄ occasus antecedēs vespertin⁹ nō videtur. ꝛ est cum fuerit vt cum stella fuerit apud principium sue orientalitatis: occidat ante occasum solis.

¶ Capitulum quintum de eleuatione stellarũ fixarũ ⁊ mediatione earũ celi: ⁊ occasu earuꝫ cum eo qḋ cõiungitur eis de tẽporibus orbis equationis diei ⁊ tẽporibus orbis signoꝝ.

Et postq̃ iaꝫ narrauimus sicut diximus: erunt tẽpora ortus stellarum fixarũ: ⁊ mediationis celi earũ: ⁊ occasus earũ veri qui videnť apud centrũ solis: ex hoc nota per lineas mẽsurabiles tantũ: ⁊ ex locis earũ est possibilis earuꝫ inuentio: ꝓpterea ꝙ partes orbis signoꝝ cum quibus est ortus cuiusqꝫ stelle earuꝫ: ⁊ mediatiõis celi eius: ⁊ occasus eius: demõstrantur per hec capitula que ponemus de lineis mensurabilib⁹. Describam itaqꝫ primuꝫ mediationi celi earuꝫ orbẽ descriptũ super duos polos duoꝝ orbium: orbis equationis diei: ⁊ orbis signoꝝ: super quem sint. a. b. g. d. ⁊ medietatẽ orbis equationis diei: supra quã sint. a. e. g. ⁊ sit polus eius punctuꝫ. r. ⁊ medietatem orbis signoꝝ supra quã sint. b. e. d. et eius polus. h. ⁊ ponã arcum orbis magni descripti super duos polos orbis signoꝝ: supra quẽ sint. h. t. k. l. ⁊ imaginabor aliquã stellaꝝ fixarum quesitam super notam puncti. t. quoniã loca earum non sunt nisi ẜm considerationes nostras: ⁊ quod descripsimus de eis nisi apud similitudinẽ hoꝝ orbium descriptorum. ⁊ describã arcum orbis magni descripti super duos polos orbis equationis diei: ⁊ super duos polos magni orbis: super punctum cuius. t. existit stella super quam sint. r. t. m. n. manifestum est igitur ꝙ stella que est super punctum. t. mediat celum cũ duobus punctis orbis equationis diei ⁊ orbis signoꝝ que sunt super punctum. m. ⁊ punctum. n. Et ostendã illud ⁊ arcum. t. n. per id qḋ narrabo. Et quia ꝓpter illud quod declarauimus in ꝓncipio libri Almagesti de duobus orbibus magnis inter duos arcus. b. a. et. a. n. duoꝝ magnorum orbiũ protrahantur duo arcus duoꝝ magnorũ orbium arcus. b. l. ⁊ arcus. r. n. erit proportio chorde dupli arcus. b. a. ad chordaꝫ dupli arcus. a. r. aggregata ex duabus ꝓportionibus: scꝫ ex proportione chorde dupli arcus. b. l. ad chordam dupli arcus. l. t. et ex ꝓportione chorde dupli arcus. t. n. ad chordam dupli arcus. n. r. vnusquisqꝫ vo arcuũ. a. r. et. r. n. et. h. k. est q̃rta circuli. Et sciemus ex noto superius ꝙ arcus. k. t. qui est latitudo: ⁊ arcus. k. b. qui est longitudo sunt noti. Et sciemus per id quod iam declaratum est de declinatiõe orbis signoꝝ arcum. r. b. ⁊ arcum. l. k. ⁊ ex eo declarabitur ꝙ ex arcubus quesitis erunt arcus. b. a. ⁊ arcus. a. r. ⁊ arcus. b. l. ⁊ arcus. l. t. ⁊ arcus. r. n. noti. et ꝓpter hoc sciemus arcum. t. n. residuum. Et etiam quia proportio chorde dupli arcus. r. b. ad chordã dupli arcus. b. a. aggregatur ex duabus proportionibus. ex proportione chorde dupli arcus. r. t. ad chordaꝫ dupli arcus. t. n. ⁊ ex ꝓportione chorde dupli arcus. n. l. ad chordam dupli arcus. l. a. erunt ex arcubus quoꝝ queritur scientia propter id quidẽ quod diximus hic arcus. r. b. ⁊ arcus. b. a. ⁊ etiam arcus. r. t. ⁊ arcus. t. n. noti. sed propter illud quidẽ qḋ eleuaŕ simul de orbe eq̃tionis diei ⁊ orbe signorum in sphera recta ex arcu. k. b. sciemus arcum. l. a. ⁊ arcum. n. l. residuum. et propter illud sciemus ex toto arcu. n. a. arcum. m. b. orbis signorum.



Et sciem⁹ breuiter ptes q̃ eleuanť ⁊ occidũt cũ stellis fixis ⁊ de ptib⁹ orbis eq̃tionis diei ⁊ ptib⁹ orbis signoꝝ ex mediatiõe eaꝝ celi ẜm hunc modũ describã aũt orbẽ meridiei: supra quẽ sint. a. b. g. d. ⁊ medietatẽ orbis eq̃tiõis diei: supra quã sint. a. e. g. et sit polus ei⁹ pũctũ. r. ⁊ medietatẽ orbis horizõtis: supra quã sint. b. e. d. ⁊ sit eleuatio stelle sup pũctũ. h. horizõtis. ⁊ describã quãtitatẽ orbis magni sup duo pũcta. r. et. h. super quã sint. r. h. t. Et qꝛ etiã inter duos arcus duorũ orbiuꝫ magnoꝝ arcu. a. r. et arcu. a. e. protrahunť arcus. r. t. ⁊ arcus. e. b. erit ꝓportio chorde dupli arcus. r. b. ad chordam dupli arcus. b. a. aggregata ex duabus proportionibus. ex proportione chorde dupli arcus r. h. ad chordam dupli arcus. h. t. et ex proportione chorde dupli arcus. t. e. ad chordam dupli arcus. e. a. Sꝫ ex arcubus quesitis quisqꝫ arcuũ. r. a. et. r. t. et. e. a. est quarta circuli. et sciemus propter altitudinem quidẽ polorum arcuꝫ. r. b. ⁊ propter mediationẽ celi sciemus pũctum. t. qḋ est orbis equationis diei. et sciemus arcum. t. b. sciemus ergo propter illud arcum. t. e. residuum.




Et breuiter sciemus: ꝙ si nos acceperimus in eis que occidũt simul arcum equalem arcui. t. e. in eo qḋ precedit punctũ. t. et est arcus. t. k. erit occasus stelle cũ pũcto. k. eq̃tionis diei: ꝓpꝛea ꝙ tũc erit occasus in arcu eq̃li arcui. h. b. et erit angulus qui est in eo qḋ ꝓcedit de orbe meridiei etiã equalis angulo qui cõtineť ab. a. r. et. t. r. in eo qḋ sequitur ẜm hãc figuram. Et sciemus per illud cuius iam precessit declaratio de nũeratione eleuationum in omni climate cũ eo qḋ eleuatur ⁊ occidit simul de partibus orbis equationis diei ⁊ partibus orbis signoꝝ partẽ que eleuatur orbis signoꝝ cũ pũcto. e. qḋ est orbis equationis diei: ⁊ cum stella. et partẽ que occidit orbis signorum cũ puncto. k. quod est orbis equationis diei: et cũ stella. Et manifestuꝫ est ꝙ in temporibus in quibus erit sol super illas partes orbis signorum scḋm veritatem: erit eleuatio stellarum fixarũ ⁊ mediatio celi earum et occasus earum qui videtur apud centrum solis quod vocatur contra aliorum vera.

℄ Capitulum sextum in apparitione stellarum ꝛ occultatione earum.



On sumus ɔtēti nūeratiōe capituloꝝ cū lineis mensurabilibus in apparitione stellaꝝ ꝛ occultatione earū que sumuntur ex locis earum tantū. Exempli cā dico non quemadmodū per ea declaratur ꝙ stella talis aut talis eleuetur cum parte tali aut tali orbis signorum: est possibile nobis scire per eius simile quantitatem arcus qui est longitudo solis ab horizonte sub terra apud principium apparitionis earum ꝛ occultationis. Non est enim possibile vt sit quantitas huius arcus quantitas vna: neqꝫ in omnibus stellis: neqꝫ in eisdem stellis in omni loco: verum ipse diuersificatur propter magnitudinem stellarum: ꝛ propter longitudinem earum in latitudine a sole: ꝛ propter declinationis alterationem orbis signorum. Nos nāqꝫ si imaginati fuerimus orbē meridiei: supra quem sint.a.b.g.d. ꝛ medietatem orbis signorū: supra quam sint.a.e.r.g. ꝛ medietatem orbis horizontis: supra quā sint.b.e.d.et cuius polus sit punctum.h.tūc manifestū erit ꝙ si aliqua stellarum que eleuatur cum puncto.e.orbis signorum fuerit stella maior et primum quo inceperit apparere.cā exempli dico: fuerit longitudo solis sub terra arcus.e.r.erit vt stelle minoris.et si sit eius longitudo a sole in latitudine: longitudo eq̄lis illi longitudini videatur eius longitudo a sole ſm quātitatem arcus maioris arcu.e.r. ꝛ erit in suo ortu minor. Et etiam in stellis in magnitudine equalibus: si stella que est propinquior puncto.e.in latitudine fuerit visa primum ex lōgitudine quātitatis arcus.e.r.tūc stella que est plus ea elōgata in latitudīe videbit̄ ex lōgitudīe maiore arcu.e.r.ꝑpea ꝙ in lōgitudine vna a sole sub terra erit radi⁹ qui est ꝑpinqor orbi signoꝝ ꝛ soli plus eo q̄ ē ab eis magis elōgat⁹. Et stelle eq̄lis magnitudīs que oriunt̄ scd̄ꝫ lōgitudīes eq̄les in latitudīe ſꝫ multitudinis quātitatē declinatiōis orbis signoꝝ super horizonta faciunt angulum.d.e.r.minorem. ꝛ videtur stella primū ex lōgitudine maiore arcu.e.r. ℄ Nos nāqꝫ si addiderimus ꝛ affirmauerimus sicut in forma alia que est post istā arcum orbis descripti super duos polos horizontis sole existente super pūctum.r. ꝛ manifestum est ꝙ ille erit erectus super orbē horizontis supra quem sint.b.t.r.k. erit longitudo solis sub terra in illis eisdem stellis equalis semper arcui.r.t.fixa equalitate. Ortus enim qui sunt super terram aliquarum longitudinum equaliū sunt similes. ꝛ erit arcus.e.r.cū fixus fuerit arcus.t.r.quēadmodum diximus: tunc quidem cum fuerit orbis signorum erectus minor. ꝛ tunc quidē cum fuerit declinatus maior. In comprehensione aūt quātitatis longitudinis solis sub terra in orbe signorum est necesse considerare vnāquanqꝫ stellarum. qm̄ si non fuerit longitudo que est super angulū rectum horizontis sicut illa que in hac forma descripta est arcus.r.t.fixa in omni quod habitatur ꝛ in illis stellis: preterea ꝙ ortus earum nō sunt similes: neqꝫ demonstrātur ſm equalitatem in aere grosso qui est in climatibus septētrionalibus.erunt nobis necessarie cōsiderationes non in vno climate tm̄: sed in vnoquoqꝫ climatum aliorū. Qd̄ si concesserint in illis stellis eisdem arcum qui est similis arcui.r.t.in vno quoqꝫ locoꝝ sicut illud oportet qm̄ necesse est: vt accidat in stellis propter diuersitatem aeris simile qd̄ accidit in ortibus earū: erimus contenti longitudinibus quas considerauerimus in climate vno tm̄ in eo quod volumus de inquisitione residui ꝛ inquisitione earum per lineas mensurabiles si fuerit diuersitas declinationis orbis medii signorum propter loca habitabilia: aut fuerit propter motū localem spherarū stellarū fixarum cum eo quod declaratur de motu locali earum ad id qd̄ seq̄tur ex partibus orbis signoꝝ. ℄ Et ponā in eo quod declaratum est de hac forma ex lōgitudinibus longitudinē arcus.e.r. ex consideratione vnius climatis quodcunqꝫ clima fuerit. Et quia etiam in arcubus.h.b. ꝛ.h.r.duorū orbium maioꝝ protrahuntur duo arcus.h.t. et.r.a.erit ꝑportio chorde dupli arc⁹.a.h.ad chordā dupli arcus.h.b.aggregata ex duabus ꝑportiōibus.ex ꝑportione chorde dupli arcus.a.e.ad chordam dupli arcus.e.r. ꝛ ex ꝑportione chorde dupli arcus.r.t.ad chordā dupli arc⁹.t.h. Ex arcub⁹ vero quesitis est vnusquisqꝫ arcuū.h.b. ꝛ.t.h.quarta circuli. Et quia posuimus punctū.e.ipsam partem cū qua eleuatur stella. ꝛ punctum.a.ipsam partem cum qua mediat celum.tunc ipse sciētur ex tabulis eleuationum.propter hoc ergo scietur arcus.a.e. ꝛ propter illud scietur arcus.e.r.ex consideratione. ꝛ scietur arcus.a.b.qui aggregatur ex longitudine puncti.a.ab equatione diei: qd̄ scit̄ ex tabulis declinationis: ꝛ ex longitudine que est summitatis capitū ab eo qd̄ est in equatione diei in illo orbium meridiei que est equalis altitudini poli. Erit ergo arcus.r.t reliquus notus. ꝛ postq̄ iste est repertus fixus in omni loco cōprehendemus per ipsū quātitates arc⁹.e r.que erūt in climatibus aliis. ℄ Et ēt erit ꝑportio chorde dupli arcus.h b.ad chordā dupli arcus.h.a.aggregata ex duabus ꝑportionibus.ex ꝑportione chorde dupli arcus.t.h.ad chordā dupli arcus.t.r. ꝛ ex proportione chorde dupli arcus.r.e.ad chordā dupli arcus.e.a. Et ex arcubus quesitis arcus quidem.r.t.sicut ꝛ nunc. ꝛ est punctum.e.ipsa pars cū qua eleuatur stella in climate quesito: per id cuius iam precessit declaratio. ꝛ ꝑpter illud erunt ar-



cus.e.a. ⁊ arcus.b.a.vatꝰ erit ergo arcus.e r. reliquus qui est orbis signorũ erit etiam datus.
Anni expansi	ptes	m	2	3	4	5ª	6ª	ptes	m	2	3	4	5ª	6ª
1	359	45	24	45	21	8	35	53	56	42	32	32	59	10
2	359	30	49	30	42	17	10	107	53	25	5	5	58	20
3	359	16	14	16	3	25	45	161	50	7	37	38	57	30
4	359	1	39	1	24	34	20	215	46	50	10	11	56	40
5	358	47	3	46	45	42	55	269	43	32	42	44	55	50
6	358	32	28	32	6	51	30	323	40	15	15	17	55	0
7	358	17	53	17	28	0	5	17	36	57	47	50	54	10
8	358	3	18	2	49	8	40	71	33	40	20	23	53	20
9	357	48	42	48	10	17	15	125	30	22	52	56	52	30
10	357	34	7	33	31	25	50	179	27	5	25	29	51	40
11	357	19	32	18	52	34	25	233	23	47	58	2	50	50
12	357	4	56	4	13	43	0	287	20	30	30	35	50	0
13	356	50	21	49	34	51	35	341	17	13	3	8	49	10
14	356	35	46	34	56	0	10	35	13	55	35	41	48	20
15	356	21	11	20	17	8	45	89	10	38	8	14	47	30
16	356	6	36	5	38	17	20	143	7	20	40	47	46	40
17	355	52	0	50	59	25	55	197	4	3	13	20	45	50
18	355	37	25	36	20	34	30	251	0	45	45	54	45	0
hore	Longitudo.							Diversitas.						
1	0	2	27	50	43	3	1	0	7	46	0	17	28	59
2	0	4	55	41	26	6	2	0	15	32	0	34	57	59
3	0	7	23	32	9	9	3	0	23	18	0	52	26	59
4	0	9	51	22	52	12	5	0	31	4	1	9	55	58
5	0	12	19	13	35	15	6	0	38	50	1	27	24	58
6	0	14	47	4	18	18	7	0	46	36	1	44	53	57
7	0	17	14	55	1	21	9	0	54	22	2	2	22	57
8	0	19	42	45	44	24	10	1	2	8	2	19	51	57
9	0	22	10	36	27	27	11	1	9	54	2	37	20	56
10	0	24	38	27	10	30	12	1	17	40	2	54	49	56
11	0	27	6	17	53	33	14	1	25	26	3	12	18	55
12	0	29	34	8	36	36	15	1	33	12	3	29	47	55
13	0	32	1	59	19	39	16	1	40	58	3	47	16	54
14	0	34	29	50	2	42	18	1	48	44	4	4	45	54
15	0	36	57	40	45	45	19	1	56	30	4	22	14	54
16	0	39	25	31	28	48	20	2	4	16	4	39	43	53
17	0	41	53	22	11	51	21	2	12	2	4	57	12	53
18	0	44	21	12	54	54	23	2	19	48	5	14	41	52
19	0	46	49	3	37	57	24	2	27	34	5	32	10	52
20	0	49	16	54	21	0	25	2	35	20	5	49	39	52
21	0	51	44	45	4	3	27	2	43	6	6	7	8	51
22	0	54	12	35	47	6	28	2	50	52	6	24	27	51
23	0	56	40	26	30	9	29	2	58	38	6	42	6	50
24	0	59	8	17	13	12	31	3	6	24	6	59	35	50

¶ Tabula motuum stellarum quinque mediorum longitudinis et diversitatis.

¶ Motus Mercurij in mensibus et diebus longitudinis et diversitatis.

☿ ☿

Menses.	¶ Longitudo. ptes	m	2	3	4	5ª	6ª	¶ Diversitas. ptes	m	2	3	4	5ª	6ª
1	29	34	8	36	36	15	30	93	12	3	29	47	55	0
2	59	8	17	13	12	31	0	186	24	6	59	35	50	0
3	88	42	25	49	48	46	30	279	36	10	19	23	45	0
4	118	16	34	26	25	2	0	12	48	13	59	11	40	0
5	147	50	43	3	1	17	30	106	0	17	28	59	35	0
6	177	24	51	39	37	33	0	199	12	20	58	47	30	0
7	206	59	0	16	13	48	30	292	24	24	28	35	25	0
8	236	33	8	52	50	4	0	25	36	27	58	23	20	0
9	266	7	17	29	26	19	30	118	48	31	28	11	15	0
10	295	41	26	6	2	35	0	212	0	34	57	59	10	0
11	325	15	34	42	38	50	30	305	12	38	27	47	5	0
12	354	49	43	19	15	6	0	38	24	41	57	35	0	0

Dies	¶ Longitudo.							¶ Diversitas.						
1	0	59	8	17	13	12	31	3	6	24	6	59	35	50
2	1	58	16	34	26	25	2	6	12	48	13	59	11	40
3	2	57	24	51	39	37	33	9	19	12	20	58	47	30
4	3	56	33	8	52	50	4	12	25	36	27	58	23	20
5	4	55	41	26	6	2	35	15	32	0	34	57	59	10
6	5	54	49	43	19	15	6	18	38	24	41	57	35	0
7	6	53	58	0	32	27	37	21	44	48	48	57	10	50
8	7	53	6	17	45	40	8	24	51	12	55	56	46	40
9	8	52	14	34	58	52	39	27	57	37	2	56	22	30
10	9	51	22	52	12	5	10	31	4	1	9	55	58	20
11	10	50	31	9	25	17	41	34	10	25	16	55	34	10
12	11	49	39	26	38	30	12	37	16	49	23	55	10	0
13	12	48	47	43	51	42	43	40	23	13	30	54	45	50
14	13	47	56	1	4	55	14	43	29	37	37	54	21	40
15	14	47	4	18	18	7	45	46	36	1	44	53	57	30
16	15	46	12	35	31	20	16	49	42	25	51	53	32	20
17	16	45	20	52	44	32	47	52	48	49	58	53	9	10
18	17	44	29	9	57	45	18	55	55	14	5	52	45	0
19	18	43	37	27	10	57	49	59	1	38	12	52	20	50
20	19	42	45	44	24	10	20	62	8	2	19	51	56	40
21	20	41	54	1	37	22	51	65	14	26	26	51	32	30
22	21	41	2	18	50	35	22	68	20	50	33	51	8	20
23	22	40	10	36	3	47	53	71	27	14	40	50	44	10
24	23	39	18	53	17	0	24	74	33	38	47	50	20	0
25	24	38	27	10	30	12	55	77	40	2	54	49	55	50
26	25	37	35	27	43	25	26	80	46	27	1	49	31	40
27	26	36	43	44	56	37	57	83	52	51	8	49	7	30
28	27	35	52	2	9	50	28	86	59	15	15	48	43	20
29	28	35	0	19	23	2	59	90	5	39	22	48	19	10
30	29	34	8	36	36	15	30	93	12	3	29	47	55	0

¶ Capitulum quintum de his quorum premissio est necessaria in modis quinque stellarum erraticarum.




T postquam posuimus que prediximus: oportet ut sequamur illud loquendo de diversitatibus stellarũ quinque erraticarum: que sunt in pertransitionibus earuz in longitudine. In summa autem modorũ sm quod posuimus motus namque simplices sufficiẽtes in hac scientia: sunt duo motus sicut diximus. Quorũ unus est qui est sup orbes egredientiuz centrorum a centro orbis signorum. Et alter qui est sup orbes quorũ centra est centrũ orbis signorum. et ipsi revolvũt orbes revolutionis. Et similiter quod videtur cuiusque stellaruz ex diversitate: nõ est nisi due diversitates. Quarum una est que videtur apud partes orbis signorum. et altera que videtur propter figuras earum apud solem. Sed in hac quidem inveniemus ex diversitatibus figurarum que sunt ex considerationibus continue sequentibus in partibus unis orbis signorum stellarũ quinque erraticarum: quod tempus quod est a motu maiore ad motuz medium est semper longius tempore qđ est a motu medio ad motum minorem. Quod autez accidit ex eo non est possibile: ut sit sm modũ orbis centri egredientis: sed sz ipsius contrariũ: propterea quod est in hoc modo semper motus maior in longitudine propinquiore. et erit arcus qui est a longitudine propinquiore ad punctũ in quo est motus medius in ambabus partibus minor arcu qui pervenit ad longitudinez longiorẽ. Secunduz modũ vero orbis revolutiõis possibile est illud cum non fuerit motus maior in longitudine propinquiore: sicut est in luna. sed fuit in longitudine longiore. s. cum inceperit stella a lõgitudine longiore et non fuerit eius cursus ab oriente ad occidentem sicut lune. sed fuerit ad successionem signoruz. Et ex hoc dicimus quod hec diversitas non erit nisi sm modos orbium revolutionũ. In diversitate autem que videtur apud partes orbis signoruz invenimus contrariũ illius in arcubus qui sunt in orbibus unis: aut figuris unis orbis signorum. scz invenimus tempus quod est a motu minore ad motum medium longius semper tempore qđ est a motu medio ad motum maiorem. Et iã possibile est etiam ut contingat hoc in uno quoque duorum modorũ: quemadmodum ostẽdimus in similitudine duorũ modorum in principio nostri sermonis in sole: et narravimus quod proprior et conveniẽtior soli est modus centri orbis egredientis. et sz illud accepimus diversitatẽ eius. Moduz vero alteruz non invenimus nisi modũ orbis revolutionis. sed propter illud quod consideratur de transitionibus ad illud qđ provenit ei ex cõmixtione duorũ modorum. et ex hoc quod nos consequenter consideravimus ipsum: non invenimus esse possibile ut compleatur sm illud: propterea quod superficies in quibus lineantur orbes egredientiũ centrorum non sunt fixe non mote. et neque est linea recta descripta super duo centra duorũ orbium orbis signorum et orbis stelle sm longitudinem unam a punctis duarum equalitatum et duorum tropicorum: super quã videntur longitudo longior et longitudo propinquior cuiusque stellaruz: et centra orbium revolutionis. neque revolvuntur super orbes hos centrorum egredientium: quoruz centra per motus suos revolvũtur revolutiõe equali: et perambulant in temporibus equalibus angulos equales. sed longitudo longior cuiusque eoruz in orbibus centrorum egredientiũ habet motum localem parvum equalez etiam ad successionem signorum a duobus punctis duaruz equalitatum super centrũ orbis signorũ. et est motus ille cuiusque stellarum sz quãtitatem motus quẽ invenimus sphere stellarũ fixarum. scz qui in omnibus centũ annis est pars una. Ex eo vero quod diximus scitur quod centra orbiũ revolutionis revolvuntur super orbes alios equales orbibus centrorũ egredientium: qui ponunt diversitatẽ. et centra illorum non sunt cẽtra eorum. Sed stellarum quidem quatuor que sunt preter mercurium revolvuntur super orbes quorũ centra secant lineas que sunt in eo quod est inter centrum orbis signorum et inter centrũ orbis egredientis cuiusque earũ in duo media. Et in mercurio quidem quãtitas longitudinis que est inter centrum ipsum idest centrũ super quod revolvitur et inter centrum quod revolvit ipsum: est quãtitas que est inter illud centrũ et inter illud quod ponit diversitatem apud longitudinez longiorem: et inter hoc centrum et inter visus nostros. In hac namque stella soluz invenimus sicut reperimus in luna: quod centruz orbis egredientis revolvit et reducit centrũ orbis revolutionis qđ prediximus ad contrariũ successionis signorũ revolutiõe una in omni anno. quoniam mercurius etiã in revolutione una videtur in longitudine propinquiore duabus vicibus: quẽadmoduz luna vicibus duabus in longitudine propinquiore in mense uno videtur.


¶ Capitulũ sextũ in declaratione diversitatis scdz duos modos.



Eclarabitur autem nobis quod aggregatur propter illud quod prediximus de duobus modis ita. Imaginemur in modo stellarum aliarũ prius circulum orbis centri egredientis: super quẽ sint. a. b. g. super cẽtrum. d. et sit diameter que transit sup cẽ



trum orbis medij signorum ⁊ super punctū.d.diametri.a.d.g. super quam sit centrum orbis signorum.scʒ locus visuum aspicientium punctū.e.et sit super punctum.a.longior longitudo: ⁊ sit punctū.g.longitudo propinquior.et secabo lineam.d.e.in duo media super pūctū.r.⁊ describam circulum super centrum.r.⁊ sm longitudinem equalem.d.a.manifestum est q ipse erit equalis circulo.a.b.g.sup quē sint.h.t.k.⁊ describam super centrum.t.orbem revolutionis.supra quem sint.l.m.⁊ protrahā lineam.l.t.m.d.⁊ ponam primum vt sit superficies in qua sunt orbes centrorū egredientiū declinata a superficie orbis signorum.⁊ q sit superficies orbis revolutionis declinata a superficie orbium centrorum egredientium propter trāsitum stellarum in latitudine sm q declarabitur nobis in eo quod narrabimus de eis. Propter allevationem autem trāsituū earum in longitudine imaginabimur. vt sint omnes stelle in superficie vna: que est superficies orbis signorū: propterea q nō est diversitas in longitudine vlla habens quātitatem propter has duas declinationes sm quātitatem que declarabitur de diversitate que apparet cuiusqʒ stellarum sm seipsam. Et post illud dico q superficies quidem tota movetur equaliter ad successionem signoꝝ super centrum.e.⁊ movet longitudinem longiorem ⁊ longitudinem propinquiorem cuiusqʒ earum in omnibus centum annis parte vna. Diametrus vero.l.t.m.que est orbis revolutionis revolvit etiam centrū.d.equaliter ad successionem signorū sm q sequitur reversio stelle in longitudine.⁊ revolvit cum ea duo pūcta.l.et.m.que sunt orbis revolutionis.⁊ revolvitur punctum.t.quod est centrum orbis revolutionis super orbem egredientis centri: supra quem sint.h.t.k.⁊ movetur stella etiam supra circulum.l.m.orbis revolutionis equaliter. Et posuit etiam eius reditionem ad diametrū que declinat semper ad centrum.d.sm q sequitur revolutio media: que est diversitatis eius que est propter solem.et est eius motus localis a puncto.l.quod est longitudo longior ad successionem signorum. Et illud est quod oportuit nos demonstrare.





Proprietas vero modi mercurij declarabitur nobis ita. Describam orbem centri egredientis: qui est diversitatis: supra quē sit.a.b.g.supra centrū.d.⁊ diametri eiusdem que transit super pūctum.d.⁊ super punctum.e.cētrū orbis signorum: ⁊ super punctum.a.quod est longior longitudo: supra quam sint.a.d.e.g.⁊ assumam de linea.a.g.lineam ad partem puncti.a.quod est longitudo longior: equalem linee.d.e.supra quam sint.d.r. Cum ergo fuerint res que sunt in forma sm habitudinem suam.scilicet cum fuerit tota superficies revolvēs longitudinē longiorem: ⁊ reduxerit eam super cētrū.e.ad successionem signorum.et fuerit motus stelle in orbe revolutionis sm quātitatem.r.d.e.sicut in aliis stellis.et fuerit linea.d.k.revolvens orbem revolutionis super centrum.d.sm equalitatem ad successionem signorum.et fuerit motus stelle in orbe revolutionis propinquus motui stellarum aliarum.erit hic centrum orbis egredientis alius.et ipse est super quem semper est centrū orbis revolutionis in omni hora.quoniam ipse etiam est equalis primo revolutū supra punctum.r.contra revolutionem orbis revolutionis.scʒ contra successionem signorum equaliter ⁊ sm cursū equalem cursui eius.et erit illud quod revolvit ipsum linea.r.b.t.donec sit reditio cuiusqʒ duarum linearū.d.b.et.r.b.t.ad pūcta partium orbis signorum in anno vno vice vna. Et manifestum est q reditio cuiusqʒ earum ad alteram erit duabus vicibus.et erit longitudo semper centri orbis egredientis alius a puncto.r.cum linea equali cuiqʒ duarum linearum.e.d.et.d.r.et est linea.r.b.donec sit circulus minor quem describit per motum suum: qui est contra successionem signorum supra centrum.r.⁊ cum longitudine.r.b.transiēs semper per punctum.d.quod est centrum egredientis orbis fixū primū.et sit orbis centri egredientis motus semper descriptus super cētrū.b.et cum longitudine.b.t.que est equalis linee.d.a.sicut est hic orbis.t.k.et sit centrum orbis revolutionis semper super ipsum sicut est hic punctum.k. Et illud est quod nos oportuit demonstrare.

Et etiam poterimus consequi declarationem scientie eius: quod edidimus ex eo quod diximus per id quod declarabitur quando sciemus quod est cuiusqʒ stellarū ex quātitatibus.et declarabūtur cum hoc manifestiore declaratione in locis pluribus cause que moverunt nos ad operandum sm hūc modū. Et quia revolutionū que sunt in longitudine non sunt reditiones cum reditionibus partiū orbis medii signorum: ⁊ non cū longitudinibus longioribus: ⁊ longitudinibus propinquioribus que sunt orbium centrorum egredientiū propter motum eorum localē.tunc propter illud quod posuimus de motibus in longitudine sm hunc modum quem posuimus non continet reditiones que videntur apud longissimam longitudinem: que sunt orbium centrorum egredientium.sed cōtinet reditiones que sunt ad puncta duorum tropicorum ⁊ duarum equalitatum sm q sequitur tempus nostri anni. Demonstrabo autem prius sm hos modos cum fuerit longitudo transitus stelle medii in longitudine quātitatis vnius a duobus lateribus longitudinum longiorum: aut propinquioꝝ.q tunc erit diversitas que videtur propter orbem signorum quātitatis vnius in vtraqʒ duarum longitudinū. Et lōgi-

tudo maior que est orbis revolutiōis a trāsitu medio ad duas partes erit vna. ¶ Et describam ad exemplū illius circulum orbis egredientis super quem sint.a.b.g.d. super centrum e.ꝛ diametrū.a.e.g.ꝛ super ipsum ponā punctū quidem.r.centrum orbis signorum ꝛ centrū orbis centri egredientis qui ponit diuersitatem.scꝫ super quē est transitus orbis revolutionis medius sm equalitatem punctū.b.ꝛ protraham lineas duas.b.h.t.et.d.h.k.sm longitudinē vnam.scꝫ cuiusqꝫ duarꝫ linearum a puncto.a.qḋ est longitudo longior donec sint duo anguli.a.h.b.et.a.h.d.equales.et protraham super punctum.b.ꝛ punctū.d. duos orbes revolutionis equales.et producā duas lineas.b.r.et.d.r.ꝛ protraham a puncto aspectus nostrorꝫ visuū ad partem vnam duas lineas.r.l.et.r.m.contingentes duos orbes revolutionis.Dico ergo ꝙ angulus.r.b.h.qui est diuersitatis que est propter orbem signorꝫ est equalis angulo.h.d.r.et angulus.b.r.l.qui est longitudinis maioris que est orbis revolutionis:est equalis angulo.d.r.m.et similiter longitudinū maiorꝫ que sunt ex cōmixtione: erit quātitas elongationū a media equalis. Et producam duas perpendiculares a puncto quidem.b.ꝛ a puncto.d.ad duas lineas.r.l.et.r.m.super quas sint.b.l.et.d.m. ꝛ a pūcto quidem.e.ad duas lineas.b.t.et.d.k.duas perpendiculares.e.n.et.e.f.ꝛ quia angulus.f.h.e.est equalis angulo.n.h.e.et duo anguli qui sunt apud.n.ꝛ apud.f.sunt recti.ꝛ linea.e.h.communis.erit linea.n.h.equalis linee.f.h.ꝛ perpendicularis.e.n.erit equalis perpendiculari.e.f.ergo erunt due elongationes duarꝫ linearum.b.t et.d k.a centro pūcti.e.equales. Ergo he due linee sunt equales.ꝛ etiam due medietates earū erunt equales et etiam propter illud erunt due reliqne que sunt.b.h.et.d.h.equales.sed.h.r cōmuni existente.et duobus angulis qui sunt sub lateribus equalibus qui sunt angulus.b.h.r.ꝛ angulus.d.h.r.qui sunt equales erit basis.b.r.equalis basi.d.r.sed angulus.h.b.r.est equalis angulo.h.d.r.ꝛ linea.b.l.que ē medietas diametri orbis revolutiōis:est equalis linee.d.m.ꝛ sunt duo anguli qui sunt apud duo pūcta.l.et.m.recti.ergo angulus.b.r.l.est equalis angulo.d.r.m. Et illud est quod demonstrare volumus.

Et sit etiam propter modum mercurii diametri que transit super centra ꝛ super longitudinem longiorem que est orbiū supra quā sint.a.b.g.ꝛ faciam punctū.a.centrum orbis signorum.ꝛ punctū b.centrum orbis centri egrediētis qui ponit diuersitatem ꝛ punctū.g.super quod revoluitur centrum orbis egrediens qui revoluit orbem revolutionis.ꝛ protraham etiam ad vnumquodqꝫ duorum laterum duas lineas.b.d.et.b.e.que sunt motus orbis revolutionis equalis ad successionem signorum.ꝛ sint due linee.g.r.et.g.h.revolutionis que est orbis centri egrediētis contra successionem signorum equalis velocitatis.erit ergo manifestū ꝙ duo anguli qui sunt apud pūctum.g.ꝛ punctum.b.sunt equales.et erit linea.b.d.equidistans linee.g.r.ꝛ linea.b.e.equidistans linee.g.h.et ponam centrum duorum orbium egredientium cētrorum super duas lineas.g.r.et.g.h.et sint duo puncta.t.et.k.ꝛ revoluam circa ea duos orbes egredientiuꝫ cētrorum: super quos sint duo orbes revolutionis super duo pūcta.d.et.e.equales.ꝛ protraham duas lineas.a.d.et.a.e.ꝛ protraham ad partem vnam duas lineas.a.l.et.a.m.cōtingētes duos orbes revolutionis.et ostendam ꝙ ita etiam erit angulus.a.d.b.qui est diuersitatis que est propter orbeꝫ signorū: equalis angulo.a.e.b.et angulus.d.a.l.qui est longitudo que est ꝑꝑ orbē revolutionis est equalis angulo.e.a.m.ꝛ producam lineas.b.t.et.b.k.et t.d.et.k.e.ꝛ protraham perpendiculares a puncto.g.ad duas lineas.b.d.et.b.e.super quas sint.g.n.et.g.f.ꝛ producam etiam ad duob⁹ pūctis.d.et.e.ad duas lineas.g.r.et.g.h.duas ꝑpēdiculares.d.r.et.e.h.ꝛ ad duas lineas.a.l.et.a.m duas perpendiculares.d.l.et.e.m. Et quia angulus.g.b.n.est equalis angulo.g.b.f.ꝛ duo anguli qui sunt apud.n.ꝛ apud.f.sunt recti ꝛ linea.g.b.est cōmunis:erit linea.g.n.equalis linee.g.f.ꝛ etiam linea.d.r.equalis linee.e.h.et linea.t.d. est equalis linee.k.e.ꝛ duo anguli qui sunt apud.r.ꝛ apud.h sunt recti.et propter hoc erit angulus.d.t.r.equalis angulo.e.k.h.et angulus.g.t.b.est equalis angulo.b.k.b.quoniam linea.t.g.est equalis linee.g.k.ꝛ linea.g.b.est cōmunis.ꝛ angulus.t.g.b.est eq̄lis angulo.k g.b.et angulus.b.t.d.reliquus est equalis angulo.b.k.e.ergo basis.b.d.est eq̄lis basi.b.e. Et sit linea.b.a.etiam cōmunis.ergo angulus.b.d.a.est equalis angulo.b.e.a.ꝛ basis.a.d.est equalis basi.a.e. Et quia linea.d.l.est equalis linee.e.m.ꝛ duo anguli qui sunt apud.l.ꝛ apud.m.sunt recti. erit angulus.d.a.l.equalis angulo.e.a.m. Et illud est quod mōstrare volumus.





¶ Capitulum septimuꝫ in scientia longitudinis longioris que est stelle Mercurii ꝛ motus eius localis.



Et postquam sciuimus quod premissum est:accepimus prius de partibus orbis medii signorum partē supra quā est longitudo longior stelle mercurii sm hunc modum. Quesiuimus considerationes maiorum longitudinum in quibus fuerunt trāsitus matutinales equalis longitudinis cū transitibus vespertinis a transitu solis

medio.s.longitudo que est inter ipsum ⁊ inter stellam. Cum enim illud repertum fuerit:ex
eo cuius premisimus declarationem necessarium erit vt sit locus longitudinis longioris or
bis centri egredientis ipsum punctum quod est inter duos transitus. Accepimus ergo in
hoc considerationes paucas propterea φ huius applicationis rara est certificatio sm veri
tatem. ⁊ neqꝫ erit illud nisi in rarissimo tempore.sed tamen istis considerationibus est pos
sibile declarare hoc. ¶ Consideravimus nos in anno sextodecimo annorum Adriani sexto-
decimo die transacto mensis phemenut.qui est vnus mensium egyptiorum: in vespere qd
sequitur dies septimusdecimus stellam mercurij cum instrumento stellarū.et inuenimus
tunc maiorem longitudinem eius a transitu medio solis. ⁊ fuit visa tunc per duo foramina
quando consideravimus ipsam cū stella aldebaran lucida in parte vna in longitudine pi-
scis.Sed in hoc tempore posito fuit locus transitus solis medij nouē partes ⁊ medietas ⁊
quarta partis aquarij fuit ergo longitudo maior eius vespertina a loco transitus medij so
lis.21. ptes ⁊ quarta partis. ¶ Et consideravimus in āno decimooctauo annoꝝ adria
ni decimooctauo die transacto mensis athica: qui est mensis egyptiorum:mane diei de-
ciminoni: hora matutinali stellam mercurij cū instrumēto stellarum. ⁊ ipsa in longitudīe
maiore fuit visa subtilis occulta. ⁊ visa fuit tunc per ambo foramina quando considerauī-
mus eam cum stella aldebaran lucida in decimaoctaua parte ⁊ medietate ⁊ quarta partis
in longitudine tauri.Sed in hoc tempore fuit locus transitus solis medii decem partes ge-
minorum fuit ergo hic etiam longitudo eius maior matutinalis a transitu solis medio eq-
lis illis partibus.scꝫ.21.partibus ⁊ quarte partis.Et qa transitus stelle medius fuit in vna
duarum considerationum in nouem partibus ⁊ medietate ⁊ quarta partis aquarij. ⁊ in cō
sideratione altera in decem partibus geminorum. ⁊ punctum qd est inter has duas ꝯsidera
tiones de punctis orbis medij signorum:est super partem decima arietis diminuta octaua
parte vnius.ergo super hūc locū fuit tunc diametrꝰ que transit super longitudinem longio
rem. ¶ Et etiam consideravimus in anno primo annorum Antonij viginti diebus prete-
ritis de mense athica:qui est ex mensibus egyptiorum:mane die vigesimiprimi:hora vesp
tina stellam mercurij cum instrumento stellarum apud maiorē longitudinē eius que fuit
a transitu solis medio.et fuit visa tunc per duo foramina quando cōsideravimus eam cum
stella cordis leonis in septem partibus cancri:in longitudine. Sed in hoc tempore fuit lo-
cus transitus solis medij decem partes et medietas partis geminorū.fuit igitur longitudo
eius vespertina a transitu solis medio vigintisex partes ⁊ medietas partis. ¶ Et similiter
etiam consideravimus in anno qrto annorum Antonij decem ⁊ octo diebus preteritis mē
sis phemenut.qui est ex mensibus egyptiorum:matutino diei deciminoni:hora matutina-
li stellam mercurij cū instrumento stellarum. ⁊ ipsa etiam in longitudine sua maiore. fuit
ergo tūc visa per duo foramina quādo consideravimus eam cum stella anchus nominata
cor scorpionis in tredecem partibus ⁊ medietate partis capricorni. Sed in hoc tēpore fuit
locus transitus solis medij in vndecim partibus aquarij: ergo hic etiaꝫ est lōgitudo maior
matutinalis a transitu solis medio equalis illis partibus.s.vigintisex partibus ⁊ medieta-
te partis.Et quia fuit in vna duarum considerationum transitus stelle medius in decē par
tibus ⁊ medietate partis geminorūꝫ.et in consideratione altera in decem partibus aquarij.
⁊ punctum qd est inter eas orbis medij signorum est in decem partibus ⁊ quarta partis li-
bre.ergo super hunc locū fuit tunc diametrꝰ que transit super longiorem longitudinem.Ex
istis autem considerationibus inuenimus longiorem lōgitudinem super decem quidē par
tes arietis: ⁊ super decem partes libre fere.sed ex consideratiōibus antiquis in quibus fue-
runt longitudines maiores:inuenimus eam in septem partibus hoꝝ duorum signorum:si-
cut iam poterit qui voluerit vt meditetur in hoc ⁊ in eius simili ex eo qd diximus ante fa-
cere in anno nāqꝫ vigesimotertio sm φ dixit Dionysius vigesimoprimo die trāsacto men-
sis ydros fuit stelle splendide vehementer lucide que est orientalis in capricorno: ⁊ cuius lō
gitudo ad septētrionem est quantitas trium diametroꝝ lunarium fixe locus sm principia
nostra.scꝫ que sunt a pūctis duorum tropicoꝝ ⁊ duarum equalitatū in vigintiduabus par
tibus ⁊ tertia partis.scꝫ in cauda capricorni.Ex manifestū est:φ sm quātitatem illius longi
tudinis fuit locus stelle mercurij. ⁊ fuit locus solis medius decem ⁊ octo partes ⁊ sexta par
tis aquarij.Tempus nāqꝫ quod fuit in anno quadringentesimo ⁊ octuagesimosexto ānorū
nabuch.decimoseptimo die transacto mensis changuat qui est ex mensibus egyptiorum:
in matutino diei decimioctaui:ante diem pax. ⁊ fuit longitudo maior matutinalis a loco so
lis medio vigintiquinqꝫ partes ⁊ medietas ⁊ tertia partis.Et nos non inuenimus sm veri
tatem longitudineꝫ magnam vespertinā equalem huic longitudini in aliqua consideratio
num que peruenerūt ad nos. Nos tamen inuenimus lōgitudinem equalē huic longitudini
per duas considerationes fere sm hunc modum quē narro. In hoc nāqꝫ anno vigesimo-
tertio sm verbū Dionysij in die quarto mensis taurini:in hora noctis prima fuit linea que
transit super duo cornua tauri diminuta quātitate triuꝫ diametrorū lunariū. ⁊ iam estima-
batur in transitu eius φ longitudo eius ad meridiem fuit maior tribus diametris lunari-

bus: donec fuit locus eius etiam sm pncipia nostra in vigintitribus partibus & duabus tertijs partis tauri. fuitq3 tempus illud in anno quadringẽtesimo octuagesimosexto etiam nabuch. in mense phemenat: in matutino diei primi eius apud primã noctem & fuit loc[9] solis medius. 29. partes & medietas partis arietis. ergo fuit lõgitudo maior vespertina a medio vigintiquatuor partes & sexta partis. Et in anno vigesimooctauo sm sermonem dionysij in die septimo mensis geminalis fuit stella mercurij obuia capiti geminoꝝ. & fuit longitudo eius ad meridiem a capite meridiano quantitas tertie diametri lune. s. minor duplo longitudinis que est inter caput geminoꝝ: donec fuit etiam locus stelle mercurij tunc sm principia nostra in vigintinouem partibus & tertia partis geminorum. Et hoc etiam tempus fuit in anno quadringẽtesimo nonagesimoprimo annoꝝ nabuch. quinq3 diebus trãsactis mẽsis pharmeati ex mensibus egyptioꝝ: in vespere diei sexti hora noctis prima. Et fuit locus solis medius due partes & medietas & tertia partis geminorũ. fuit ergo hec longitudo vigintisex partes & medietas partis. Et quia transitus medius fuit in ariete vigintinouem partes & medietas partis. & fuit longitudo maior vigintiquatuor partes & sexta ptis. Et in geminis quidẽ fuit transitus medius due partes & medietas & tertia partis. & fuit lõgitudo maior vigintisex partes & medietas partis. & fuit longitudo matutinalis vigintiquinq3 partes & medietas & tertia partis fere. qua nos inquirimus partẽ applicatiõis. Tũc nos inuenimus vt sit longitudo vespertina propter vigintiquinq3 partes & medietatẽ & tertiam partis medias ex superfluitate que est in eo quidem inter duas cõsideratiões positas. Aggregatur enim vt sit longitudo que est inter duos transitus maiores in vnaq̃q3 duaꝝ considerationũ triginta tres partes & tertia partis. & superfluitas quidẽ que est inter duas lõgitudines maiores due ptes & tertia ptis accipiã igitur ex trigintatribus ptibus & tertia ptis quãta est quãtitas partis & duaꝝ tertiarum partis: que est superfluitas que est inter vigintiquinq3 partes & medietatẽ & tertiam partis: & inter vigintiquatuor partes & sextam ptis de duabus partibus & tertia partis: que sunt superfluitas que est inter duas longitudines maiores. Inuenimus ergo illud vigintiquatuor partes fere. quas cũ addiderimus sup vigintinouẽ partes & medietatẽ partis arietis: inueniemus transitũ mediũ in quo erit longitudo maior vespertina equalis matutinali. s. vigintiquinq3 partes & medietas partis & tertia partis. & erit illud in vigintitribus partibus & medietate partis tauri. Et erit punctũ medium inter decem & octo partes & sextam partis que sunt aquarij & inter vigintitres partes & medietatem partis que sunt tauri in quinq3 partibus & medietate & tertia partis arietis. Et etiam in ãno vigesimoquarto ãnorum Dionysij decem & octo diebus transactis mensis leonini hora vespertina fuit mercurius precedens asch bimech alahazel ad conuersionem signorum in eo quod ꝓbauit abrachis plus tribus partibus parũ ergo fuit locus eius tũc sm principia nostra in decẽ & nouẽ partibus virginis & medietate partis & hoc tempus fuit in 486. anno ãnoꝝ nabuch. 30. die mensis heuni: qui est ex mensibus egyptiorũ. et fuit in illa hora transitus solis medius in vigintiseptẽ partibus & medietate & tertia partis leonis. fuit ergo longitudo maior vespertina a cursu medio. 21. partes & due tertie partis. Et est lõgitudo qua inuenimus partẽ applicationis matutinalis sm veritatem: & etiam sm duas cõsiderationes positas. quarũ vna fuit in anno septuagesimoquinto annoꝝ caldeorum: & q̃rtodecio die tistrim postremi. Et fuit stella mercurij orientalis supra lancẽ libre meridionalem sm q̃titatem cubiti & medietatis cubiti. fuit ergo locus eius tunc sm principia nostra in quatuordecem partibus & sexta partis libre. & hoc tempus est annus quingẽtesimus & duodecimus ãnorũ nabuch. nouem diebus transactis mẽsis thut: in matutino diei decimi ante diem. Et fuit in illa hora locus solis medius quinq3 partes & sexta partis scorpionis. fuit ergo longitudo maior matutinalis. 21. partes. Altera vero cõsideratio fuit in anno sexagesimoseptimo ãnorũ caldeorum quinq3 diebus transactis mensis chenun primi & fuit stella oriẽtalis super frontis scorpionis partem septẽtrionalem sm quãtitatẽ cubiti & medietatis cubiti. & fuit tũc locus eius in duabus partibus & tertia partis scorpiõis. Et fuit hoc tempus ãnus quingẽtesimus & sexagesimusquartus annorum nabuch. vigintinouẽ dieb[9] transactis mẽsis thut ex mẽsibus egyptiorum: in matutino diei vigesimioctaui ante mane parũ. Et fuit locus solis medius tũc vigintiquatuor partes & medietas & tertia partis scorpionis. fuit ergo etiam hec longitudo maior vigintidue partes & medietas partis. Et quia etiam in his duabus considerationibus aggregatur vt sit quod est inter duos transitus solis medios decem & nouem partes & due tertie partis. & superfluitas que est inter duas lõgitudines maiores est pars & medietas partis propter hoc igitur accepimus ex decẽ & nouem partibus & duabus tertijs partis: que sunt superfluitas que est inter duos transit[9] medios quãtũ est quãtitas duarum tertiarũ partis que est superfluitas que est inter. 21. partem & duas tertias partis: & inter. 21. partem de parte & medietate partis que est superfluitas que est inter duas longitudines maiores. inuenimus ergo illud nouem partes fere. quas cum addiderimus super quinq3 partes & sextam partis que sunt scorpionis inuenimus trãsitum medium in quo fuit longitudo maior matutinalis equalis alij longitudini vesper-


ne: que est. 21. partes ⁊ due tertie partis. ⁊ locus eius quatuordecī ptes ⁊ sexta partis scorpionis. ⁊ erit etiam pūctuʒ medium inter vigintiseptē partes ⁊ medietateʒ et tertiā partis: leonis: ⁊ inter quatuordecem partes ⁊ sextā partis: que est scorpionis in sex partibus libre fere. Ex eo igitur quod diximus: ⁊ ex eo quod vidimus de conuenientia que est in stellis aliis: et in diuisione earū inuenimus in quinqʒ stellis erraticis diametros que transeūt super longitudines longiores ⁊ propinquiores habere motū localem ad successionem signorum super centrū orbis signorum ⁊ φ tempus huius localis motus est equale tempori localis motus sphere stellaruʒ fixaꝝ. quoniaʒ motus illius sphere ex eo quod premisimus: est in centū ānis pars vna fere. hoc ergo est tempus qđ est ex consideratiōibus antiquis: in quibus fuit longitudo mercurij longior in sex partibus. et est in tempore cōsiderationū nostrarum in quo fuit motus eius quatuor partes fere. quoniaʒ quod fuit inter duo tempora est quadringenti anni.

Capitulum octauum in demonstratione φ mercurius est in longitudine propinquiore in reuolutione vna duabus vicibus.



T post illud quod diximus inquirimus quātitates longitudinum maioꝝ que sunt cum sol fuerit in veritate loci longitudinis longioris que est stellariū: ⁊ etiam cū fuerit in longitudine earū ꝓpinquiore. ⁊ illud ē qđ nō reperimus ex cōsideratiōibus antiqs: ⁊ neqʒ reperimus ipsum nisi ex consideratiōibus nostris: quas considerauimus per instrumentū stellarum. Et tunc declarabit aspicienti bonitas decoris consideratiōis per ipsum: φuis non videatur in eo φ appropinquat soli de stellis cōsideratis aliquid stellarum quarum precessit scientia locorū. Et illud plurimum est quod accidit in stella mercurij: propterea φ non est possibile vt videatur plurimum stellaꝝ fixarum ex longitudine solis: que est equalis longitudini mercurij: nisi in raro tempore per instrumentū ergo in stellis que videntur plurime longitudinis est possibile cōprehendere loca stellaruʒ quesitarum sm veritatem suā in longitudine ⁊ latitudine. In ãno autem decimonono ānorū adriani in quartodecimo die trāsacto mēsis athus: ex mensibus egyptiorū: in matutino diei quidecimi eius fuit mercurius in longitudine longiore ⁊ fuit cōsideratus per instrumentuʒ cū stella cordis leonis. fuit ergo visus orientalis in viginti partibus ⁊ quinta partis virginis. et fuit sol per motū suum medium in nouem partibus et quarta partis libre. fuit ergo longitudo eius maior decem ⁊ nouem partes ⁊ vigesima partis vnius. In illo autem anno etiam in decimonono die mēsis iachur ex mensibus egyptiorū hora vespertina fuit mercurius etiaʒ in longitudine longiore per consideratione cū instrumēto cum stella aldebarā lucida. et locus eius quatuor partes ⁊ tertia partis tauri. ⁊ locus solis per motum suū medium vndecem partes ⁊ duodecima partis arietis: fuit ergo longitudo maior vigintitres partes ⁊ quarta partis. Et ex hoc declaratur φ longitudinis longioris locus orbis centri egredientis non est nisi in libra: ⁊ non in ariete.


Et postquā sciuimus que diximus: describam diametrū super longitudinem longioreʒ supra quā sint a. b. g. ⁊ sit in ea centrū orbis signorum: qđ est aspectus visuū: supra quod sit punctū. b. ⁊ super decem partes libre sit punctum. a. ⁊ super decē partes arietis sit punctuʒ. g. ⁊ describam duos orbes reuolutionis equales supra duo puncta. a. et. g. supra vnū quoꝝ sit. d. ⁊ supra alterū. e. ⁊ ꝓducā duas lineas a puncto. b. contingētes eos: que sint. b. d. et. b. e. ⁊ producam a duobus centris ad duo loca contactus duas perpēdiculares. a. d. et. g. e. ⁊ qz longitudo maior matutinalis que est in libra: fuit considerata a transitu medio decem ⁊ nouem partes ⁊ vigesima partis: erit angulus. a. b. d. decē ⁊ nouē partes ⁊ tria minuta sʒ quātitatem qua sunt quatuor anguli recti. 360. partes. ⁊ sm quātitateʒ qua sunt duo anguli recti. 360. partes erit. 38. partes ⁊ sex minuta ⁊ erit arcus qui est super lineā. a. d. 38. partes ⁊ sex minuta sm quātitatē qua est circulus continens triangulū. a. b. d. ortogonium. 360. partes. et erit chorda eius que est. a. d. 39. partes ⁊ nouem minuta fere: sʒ quātitatem qua est diameter. a. b. 120. partes. Et etiam quoniam longitudo maior vespertina considerata a transitu medio fuit. 23. partes ⁊ quarta partis. erit angulus. g. b. e. 23. partes ⁊. 15. minuta sm quātitatem qua sunt quatuor anguli recti. 360. partes. ⁊ sm quātitatē qua sunt duo anguli recti. 360. partes erit. 46. partes ⁊ medietas. Quapropter erit arcus qui est super lineam. g. e. 46. partes ⁊. 30. minuta sm quātitatē qua est circulus cōtinens trianguluʒ. g. b. e. ortogonium. 360. partes. ⁊ erit chorda eius que est. g. e. 47. partes ⁊. 22. minuta sm quātitatē qua est diameter. g. b. 120. partes. sm quātitatem ergo qua est linea. g. e. 39. partes ⁊. 9. minuta. et linea. a. b. 120. partes: propterea φ linea. a. d. est equalis linee. g. e. que est a centro orbis reuolutionis: erit linea. b. g. 99. partes ⁊. 9. minuta. et sit tota linea. a. g. 219. partes ⁊. 9. minuta. Cum ergo diuiditur in duo media super punctum. r. est linea. a. r. que est medietas. 109. partes ⁊. 34. minuta. ergo linea que est inter punctuʒ. b. ⁊ inter punctū. r. est. 10. partes. ⁊. 25. minuta. Et illud est quod oportuit demonstrari.




Et manifestū est ꝙ punctum .r. est aut cētrum orbis egredientis centrū super quē est semper orbis reuolutionis: aut contingit vt sit reuolutio centri circuli quē diximus semper super ipsum. Ita enim tantū erit longitudo centri orbis reuolutionis a puncto .r. equalis quēadmodum iam declaratū est in vnaquaqꝫ duarum stationū positarum oppositarū in forma. Si enim esset punctū .r. ipsum centrum orbis centri egredientis super quē est semper centrū orbis reuolutiōis esset hic orbis qui est orbis centri egredientis fixus. et esset locus arietis propinquior locis ad terram. quoniam linea .b.g. est breuior omnibus lineis que protrahuntur a puncto .b. ad orbem descriptū supra punctum .r. non autem inuenitur locus arietis propinquior locis ad terram: sed locus geminorum ⁊ aquarij est propinquior ad terraʒ loco arietis. ⁊ ipsi sunt propinqui ad hoc vt sint equales. Manifestum est igitur ꝙ reuolutio centri orbis centri egredientis huius quē diximus est super punctū .r. econtra reuolutionem orbis reuolutionis. scʒ ad cōuersionem signorum vice vna in reuolutione vna. et ꝙ centruʒ orbis reuolutionis in hac reuolutione vna fit in longitudine propinquiore duabus vicibus. Et declarabitur nobis ꝙ orbis reuolutionis: cum fuerit in geminis aut in aquario: erit locus eius propinquior terre loco arietis ex eo quod premissum est de considerationibus. In hac nāqꝫ cōsideratiōe que fuit in ānno sextodecimo annorum adriani decimosexto die mensis phemenut: fuit longitudo maior vespertina a cursu medio .21. partes ⁊ quarta partis. Et in consideratione que fuit in quarto anno annorum Antonij decimonono die mensis phemenut: ex mensibus egyptiorum: fuit longitudo maior matutinalis a medio .26. partes ⁊ medietas partis. Et fuit locus solis per motum suū medium in ambabus considerationibus deceʒ partes aquarij. Fuit ēt in consideratione que fuit in ānno decimooctauo ānorū adriani decimonono die mēsis athica longitudo maior matutinalis a medio .21. partes ⁊ q̄rta partis. Et fuit in cōsideratione que fuit in anno primo annorꝫ Antonij vigesimo die mēsis athica lōgitudo maior vespertina a cursu medio .26. partes ⁊ medietas partis. et fuit sol per motuʒ suum medium in his ambabus considerationibus in decē partibus geminorum. Cum ergo aggregauerimus duas longitudines duorum diuersorum cursuum in aquario ⁊ in geminis: erit .47. partes ⁊ medietas ⁊ q̄rta partis. Et cū aggregauerimus duas longitudines duorum diuersorum cursuum in ariete erunt .46. partes ⁊ medietas partis. quoniā vespertina fuit equalis matutine. ⁊ fuit in consideratione eius .23. partes ⁊ q̄rta partis.

¶ Capitulum nonum in scientia proportionis quantitatis magnitudinis diuersitatum Mercurij.

Post illud vero qd̄ premissum est superest vt demonstrem super qd̄ punctum linee .a.b. erit reuersio orbis reuolutionis in ānno ad successionem signorum scḋm cursum medium. et quāta sit longitudo centri orbis egredientis centri: cuius cursus est ad conuersionem signorum cū tempore reuersionis equali tempori reuersionis orbis reuolutionis a puncto .r. Assumam autē in hac inquisitione duas considerationes duarū longitudinum maiorꝫ matutinalis ⁊ vespertine longitudo cuiusqꝫ quaruʒ medij cursus sit quarta circuli ad partem vnam a longiore longitudine. ⁊ est locus in quo est plurimū diuersitatis fere in orbe reuolutionis. In anno autē q̄rtodecio annorū adriani decimooctauo die mēsis mesur hora vespertina: sicut inuenimus in cōsideratiōibus que sunt Taionis inquit inuenimus plurimum lōgitudinis eius a sole diminutū a stella cordis leonis tribus partibꝰ ⁊ medietate ⁊ tertia partis. Fuit ergo locus eius scʒ p̄ncipia nr̄a sup sex partes ⁊ tertiā partis leonis fere. ⁊ fuit tunc locus solis per motum suum mediū decē partes ⁊ medietas sexte partis cancri. fuit ergo longitudo maior vespertina .26. partes ⁊ quarta partis. Et considerauerimus nos longitudinem eius maiorē cū instrumēto stellarum in anno scḋo ānorꝫ antonij vigesimoprimo die mēsis mesure ante mane. ⁊ cōsiderauimus ipsū cū stella aldebaran lucida. ⁊ inuenimus locum eius viginti partes ⁊ medietatem sexte partis geminorꝫ. Et fuit sol per motum suū medium tunc etiam in decem partibus ⁊ tertia partis cancri. Fuit ergo lōgitudo maior tūc matutinalis .20. partes ⁊ q̄rta partis. ¶ Et postquā firmauimus hoc: sit diameterꝰ transiēs super decē partes libre ⁊ arietis: supra quā sint .a.r.b.g. et sit sicut est in forma que est ante istam: punctum quidem .a. locus super queʒ est centrū orbis reuolutionis cum fuerit in decem partibus libre. et pūctuʒ .g. locus super quē erit centrū orbis reuolutionis cum fuerit in decem partibus arietis. et sit punctū .b. cētrum orbis signorꝫ. et punctum .r. supra quod mouetur localiter centrū orbis centri egredientis cōtra successioneʒ signorum. Et inquiramus primū vt inueniamus quāta sit longitudo centri supra quod est motus equalis: qui est orbis reuolutionis ad successionem signorum a puncto .b. ⁊ sit illud centrum pūctum .b. et protraham lineā a pūcto .b. scḋm rectum angulum super lineam .a.g. vt sit eius longitudo a longitudine longiore quarta circuli. et firmabo in hac linea cētruʒ orbis reuolutionis: qd̄ fuit in his duabus cōsiderationibus positis: supra quod sit punctum .t. quoniam longitudo huius etiam a longitudine lōgiore est quarta cir-






culi. Et sit sol per cursum suũ medium in decem partibus cancri. ⁊ describam super pũctũ. t. orbem reuolutionis: super quẽ sint. k. l. ⁊ protrabam a puncto. b. duas lineas cõtingentes ipsum que sint. b. k. et. b. l. ⁊ producam lineas. t. k. et. t. l. et. b. t. Et quia super hunc transituꝫ medium positũ fuit longitudo maior matutinalis a medio viginti partes ⁊ quarta partis. ⁊ longitudo maior vespertina viginti sex partes. ⁊ quarta partis. erit angulus. k. b. l. 46. partes ⁊. 30. minuta fm quãtitatẽ qua sunt quatuor anguli recti. 360. partes. ⁊ erit medietas earum que est angulus. k. b. t. 46. partes ⁊. 30. minuta: fm quãtitatem qua sunt duo anguli recti. 360. partes. erit ergo arcus qui est super lineam. t. k. 46. partes ⁊. 30. minuta fm quãtitatem qua est circulus continẽs triangulum. b. t. k. ortogoniũ. 360. partes. et erit ei⁹ chorda: que est. t. k. 47. partes ⁊. 22. minuta fꝫ quãtitatem qua est diametr⁹. b. t. 120. partes. ergo fm quãtitatẽ qua est linea. t. k. que est medietas diametri orbis reuolutiõis. 39. partes ⁊. 9. minuta ⁊ linea. b. r. fm ꝙ ostẽsum est: est. 10. partes ⁊. 25. minuta erit linea. b. t. 99. partes ⁊. 9. minuta. Et etiam quoniam augmẽtuꝫ vnius harũ duaꝝ longitudinuꝫ super alteram est sex partes: facte cõtinẽtes duabus vicibus diuersitatẽ que est propter orbẽ signorum. et hanc diuersitatem cõtinet angulus. b. t. b. tunc qꝛ huius diuersitatis iam pcessit declaratio: erit angulus. b. t. b. tres partes fm quãtitateꝫ qua sunt quatuor anguli recti. 360. partes. ⁊ fm quãtitatem qua erunt duo anguli recti. 360. partes. erit sex partes. quapropter erit arcus qui est super lineã. b. b. sex partes fm quãtitatem qua est circulus continens triãgulum. b. t. b. ortogonium. 360. partes. et erit eius chorda que est. b. b. sex partes ⁊. 17. minuta fm quãtitatẽ qua erit diametr⁹. b. t. 120. partes. ergo fm quãtitateꝫ qua est linea. b. t. 99. partes ⁊. 9. minuta ⁊ linea. b. r. 10. ptes ⁊. 25. minuta: erit linea. b. b. 5. partes ⁊. 12. minuta. ergo linea. b. b. est medietas linee. b. r. fere. et vnaqueqꝫ duarum linearuꝫ. b. b. et. b. r. est. 5. partes ⁊. 12. minuta fere. fm quãtitatem qua est medietas diametri orbis reuolutiõis. 39. partes ⁊. 9. minuta. Et hoc est qꝺ oportuit nos declarare.




Et protrabam etiam in hac forma lineam super pũctum. r. ecõtrario linee. b. t. fꝫ angulum rectũ linee. a. b. supra quem sint. r. m. n. manifestum est igitur ꝙ erit supra ipsam tunc centrum egrediens: supra quod erit centrũ orbis reuolutionis. scꝫ pũctum. t. propter equalitatem duorum temporꝫ reuersionis que est econtra linee. b. t. ⁊ linee. r. n. simul ⁊ sit linea. r. a. equalis linee. r. n. donec sit vnaqueqꝫ duarum lineaꝝ. r. n. et. a. r. composita ex medietate diametri orbis cẽtri egrediẽtis: ⁊ ex eo quod est inter duo centra: centrum orbis cẽtri egredientis: ⁊ centrum puncti. r. ⁊ sit nota centri orbis centri egredientis: supra quã est punctum. m. ⁊ protrabam lineã. r. t. ⁊ quia angulus. m. r. b. est rectus: ⁊ angulus. t. r. b. parum diuersificatur a recto fere: ita vt linea. n. r. t forsitan nõ diuersificetur quãdo fit linea recta. et iam ostẽsum est ꝙ fm quãtitatem qua est medietas diametri orbis reuolutionis. 39. partes ⁊. 9. minuta. erit linea. r. n. que est equalis linee. a. r. 109. partes ⁊. 34. minuta. ⁊ linea. r. t. que est equalis linee. t. b. 99. partes ⁊. 9. minuta. tũc erit tota linea. n. r. t. 208. partes ⁊. 43. minuta. ⁊ erit medietas illius que ẽ linea. n. m. ⁊ est medietas diametri orbis cẽtri egrediẽtis. 104. ptes ⁊. 22. minuta fere. et linea reliqua que est in eo quod est inter duo centra ⁊ est linea. r. m. 5. partes ⁊. 12. minuta. Et fm illã quãtitatem declaratum est ꝙ vnaqueqꝫ duarum linearum. b. b. et. b. r. est quinqꝫ partes ⁊. 12. minuta. Iã ergo aggregatur vt fꝫ quãtitatẽ qua est medietas diametri orbis cẽtri egrediẽtis. 104. gradus ⁊. 22. minuta. sit vnaqueqꝫ earũ que sunt inter duo cẽtra. 5. partes ⁊. 12. minuta. ⁊ sit diametr⁹ orbis reuolutionis. 39. partes ⁊. 9. minuta. ergo fm quãtitateꝫ qua est medietas diametri orbis egrediẽtis cẽtri. 60. ptes: erit vnaqꝫ duaꝝ longitudinuꝫ que sunt in eo quod est inter duo cẽtra tres partes ⁊ cifre. et erit medietas diametri orbis reuolutionis. 22. partes ⁊. 30. minuta. Et illud est qꝺ nos oportuit declarare.



Postquã igitur iam affirmatum est hoc fm ꝙ diximus: erunt lõgitudines maiores que sunt in longitudine propinquiore cõuenientes ei quod fuit in considerationibus. scꝫ cũ fuerit transitus medius in deceꝫ partibus aquarii aut geminorum: ⁊ fuerit longitudo eorum a longitudine lõgiore latus triãguli. erit angulus qui est apud visus nostros cui subtẽditur orbis reuolutionis. 47. partes ⁊ medietas ⁊ quarta fere: et ita sciemus illud. Describam diametrũ supra longitudinẽ longiorẽ super quam sint. a. b. g. d. e. et sit pũctum. a. super diametrum locus longitudinis longioris. ⁊ pũctum. b. locus super quẽ reuoluitur centrũ orbis egrediẽtis centri in motu suo locali contra successionem signorũ. ⁊ pũctũ. g. locus super quem reuoluitur cẽtrum orbis reuolutionis per motum suũ localem ad successionem signorum. ⁊ punctum. d. centrũ orbis signorũ. et perueniat quisqꝫ duorum motuuꝫ fm proprietatẽ centri eorũ equaliter ⁊ in duobus temporibus equalibus ad contrarium longitudinis longioris que est pũctum. a. ad latus trianguli. ⁊ sit linea que reuoluit orbem reuolutionis linea. g. r. ⁊ ea que reuoluit centrum orbis egredientis centri linea. b. b. et sit centrum orbis egredientis centri pũctum. b. ⁊ centrum orbis reuolutionis pũctum. r. ⁊ describam super ipsum orbem reuolutionis. ⁊ protrabaꝫ duas lineas. d. t. et. d. k. cõtingẽtes orbeꝫ reuolutiõis ⁊ protrabam lineas. g. b. et. d. r. et. r. t. et. r. k. ⁊ protrabam. a. d. ad lineam. g. r. perpẽdicularem super ipsam: que sit perpendicularis. d. l. ⁊ osten-

dam ꝙ angulus.t.d.k.est.47.partes ₇ medietas ₇ quarta partis: fm quātitatem quā sunt quatuoꝛ anguli recti.360.partes. Et quia vnusquisq₃ duoꝝ angulorū.a.b.h.et.a.g.l.subtenditur lateri trianguli ₇ est.120.partes fm quātitatem qua sunt duo anguli recti.180.partes. Ergo vnusquisq₃ duoꝝ angulorū.h.b.g.et.d.g.l.est.60.partes: f₃ illam quātitatē sed angulus.b.g.h.est equalis angulo.b.h.g.quoniā₃ linea.b.g.est equalis linee.b.h.₇ ipsi simul sunt quod minuitur ex cōplemento duoꝝ angulorum rectorum.et est.120.partes vnusquisq₃ igitur eorum est.60.partes fm illā quātitatem. triangulus igitur.b.h.g.est equalium laterum ₇ equaliū angulorum.sed angulus.d.g.l.est equalis angulo.b.g.h.puncta igitur.h.g.l.r.sunt super lineam rectam. quapropter erit linea.h.r.que est medietas diametri orbis egredientis centri.60.partes fm quātitatē₃ qua est.g.h.que est equalis linee.g.d.que est inter duo centra tres partes. Et remanet vt sit linea.g.r.fm illā quātitatem.57.partes. Et etiam quia angulus.d.g.l.est.60.partes fm quātitatem qua sunt quatuoꝛ anguli recti.360.partes.₇ fm quātitatē₃ qua sunt duo anguli recti.360.partes est.120.partes. tunc erit arcus qui est super lineā.d.l.120.partes: fm quātitatē qua est circulus continēs triāgulum.g.d.l.oꝛtogoniū.360.partes.et erit arcus qui est super lineā.g.l.reliquū₃ complementi medietatis circuli.60.partes.₇ erit choꝛda.d.l.tres partes ₇.55.minuta: fm quātitatem qua est diamet̄ꝰ.g.d.120.partes.et erit choꝛda.g.l.fm illam quātitatē₃.60.partes. Quapropter fm quātitatē qua est.g.d.tres partes ₇ linea.g.r.57.partes: erit linea.d.l.due partes ₇.36.minuta: ₇ linea.g.l.fm illā quātitatē erit pars vna ₇.30.minuta.₇ linea.l.r.residua erit.55.partes ₇.30.minuta. Et quia ex quadrata.l.r.et.d.l.cū₃ aggregantur est quadratū₃.d.r.erit linea.d.r.55.partes ₇.34.minuta.fm quātitatē₃ que est medietas diametri oꝛbis egredientis centri.s.linea.r.h.60.partes.₇ vnaqueq₃ linearū.r.t.et.r.k.est.22.partes ₇.30.minuta. Ergo f₃ quātitatē qua est choꝛda.d.r.120.ptes: erit vnaqueq₃ duarū₃ linearum.r.t.et.r.k.48.partes ₇.35.minuta.₇ vnusquisq₃ duoꝛum angulorū.r.d.t.et.r.d.k.erit 47.partes ₇.46.minuta: fm illā quātitatē₃ qua sunt duo anguli recti.360.partes. quapropter erit totus angulus.t.d.k.47.partes ₇.46.minuta.fm quātitatē₃ qua sunt quatuoꝛ anguli recti.360.partes. Et illud est qd̄ fuit demōstrandū.




❧ Capitulū decimū in equatione motuum reuolutionū mercurij.




Post illud autē quod diximus sequitur ipsum equatio motuū reuolutionū₃ mercurij ₇ locorū eius.

Motus autem lōgitudinis.s.quos reuoluit oꝛbis reuolutionis eius equaliter sup pūctū₃.g.ex hoc sunt noti ex motu solari. Sed motus diuersitatis.s.quos reuoluit stella in oꝛbe reuolutionis super centrū₃ suum: accepimus ex duabus consideratiōnibus: in quibus nō est dubitatio quarū vnā fecimꝰ nos. et alteram ex considerationibus antiquis assumpsimus. Nos vero cōsiderauimus stella mercurij in anno scd̄o annorū₃ Antonij qui fuit annus octingētesimus octuagesimustertius annorū₃ nabuch. duobus diebus trāsactis mensis athica ex mēsibus egyptiorum: in nocte quā sequitur dies eius tertius.₇ considerauimus ipsū₃ per instrumētum stellarum.et nō peruenit longitudo eius ad longitudinē eius maioꝛē vespertinā.et considerauimus ipsum cū stella coꝛdis leonis: ₇ inuenimus locū eius.17.partes ₇ medietatem partis geminoꝝ.₇ fuit tunc locus eius addens super centrū lune partē vnam ₇ sextam partis. Et fuit illud tempus in alexandria ante medietatē noctis futurā: cuius mane fuit dies tertius.quatuoꝛ hoꝛis ₇ medietate hoꝛe equalis.quoniā mediū celi fuit per instrumentū₃ stellarum duodecem partes virginis. Et fuit sol in vigintitribus partibus tauri. In illa autem hoꝛa fuit locus transitus solis medij fm modos quos demōstrauimus.22.partes ₇.34.minuta tauri. Et fuit locus transitus lune medij.12.partes ₇.14.minuta geminorū. Et fuit locus diuersitatis que est a longitudine longioꝛe oꝛbis reuolutionis.281.partes ₇.20.minuta. Colligitur ergo ex hoc vt sit locus transitus cētri lune veri.17.partes ₇.10.minuta geminoꝝ.et locus transitus eius in quo videtur.16.partes ₇.20.minuta. Fuit ergo locus stelle mercurij fm hoc.17.partes ₇ medietas partis geminorū.quoniā₃ fuit addens super centrū lune partē₃ vnam et sextam partis. ❧ Et postquā firmauimus hoc: describam diametrū super longitudinē longioꝛem et longitudinē propinquioꝛē super quā sint.a.b.g.d.e.et sit pūctum diametri.a.locus longitudinis longioꝛis et pūctū₃.b.locus super quē reuoluitur centrū oꝛbis centri egrediētis ad cōuersionē signoꝝ. Et pūctū.g.locus sup quē est reuolutio centri oꝛbis reuolutionis ad successionē signorū et pūctum.d.centrum oꝛbis signoꝝ. et moueatur quidem super pūctū₃.g.pūctū₃.r.quod est centrū oꝛbis reuolutionis. atq₃ illō quod mouet ipsum linea.g.r.super angulū₃.a.g.r.et super pūctum.b.moueatur centrum oꝛbis egredientis centri: quod est pūctū.h.₇ sit illud quod mouet ipsum linea.b.h.sup angulū₃.a.b.h.de quo manifestū₃ est ꝙ ipse est semper eq̄lis angulo.a.g.r.propter equalitatem duoꝝ tempoꝛū₃ motuum eoꝝ. Et describam super pūctum.r.oꝛbem reuolutionis: supra quē sint.t.k.l.et sit stella super pūctū₃.l.et protraham lineas.g.h.et.h.r.et.d.r.et.h.k.et r.l.et.d.l.et producam perpēdiculares ad lineā.g.r.t.a pūcto.h.et a pūcto.d.que sint perpē



dicularee due.b.m.et.d.n.et ad lineam.d.l.a puncto.r.que sit perpēdicularis.r.f.ꝛ sit inq̄
situm.inuentio arcus qui est a puncto.t.et est longitudo longior ad pūctum.l.et est locus
stelle orbis reuolutionis.Et quia locus transitus solis medij fuit tūc.22.partes et.34.mi
nuta tauri Et locus longitudinis propinquioris stelle fuit decē partes arietis fere.et fuit
locus transitus stelle medij in longitudine elongatus a loco lōgitudinis ꝓpinquioris.42.
partibus et.34.minutis.erit angulus.g.b.h.42.partes ꝛ.34.minuta.ſm quātitatem qua
sunt quatuor anguli recti.360.partes.et ſm quātitatē qua sunt duo anguli recti.360.par
tes:erit.85.partes et.8.minuta.et vnusquisqꝫ duorum angulorum.b.h.g.et.b.g.h.est.137.
partes ꝛ.26.minuta ſꝫ illā quātitatē:propterea ꝙ linea.b.g.est equalis semper linee.b.h.
ꝛ erunt circuli descripti super triangulū.b g.h.arcus quidem qui est super lineā.g.h.85.
partes ꝛ.8.minuta.ſm quātitatem qua est circulus.360.partes.et erit arcus qui est super
lineam.b.g.ſm illam quātitatē.137.partes et.26.minuta.erūt ergo eorum chorde:chorda q̄
dem.g.h.81.partes ꝛ.10.minuta.ſm quātitatēꝫ qua est diametrus.120.partes.ꝛ chorda.
g.b.ſm illā quātitatem erit.111.partes et.49.minuta.ergo ſm quātitatem qua est linea.
b.g.tres partes:erit linea.b.g.due partes ꝛ.11.minuta.Et etiam quia angulus.b.g.h.est.
137.partes ꝛ.26.minuta.ſm quātitatē qua sunt duo anguli recti.360.partes.et angu-
lus.b.g.m.ſm illam quātitatem est.85.partes ꝛ.8.minuta.erit angulus b.g.m.qui est ad
cōplendū quod remansit.52.partes ꝛ.18.minuta.ꝛ propter illud erit arcus qui est super
lineam.b m.52.partes ꝛ.18.minuta.ſm quātitatem qua est circulus continens triangulū.
b.g.m.orthogoniū.360.partes.et erit arcus qui est super lineam.g.m.ad cōplendum quod
remāsit de semicirculo.127.partes ꝛ.42.minuta.et erūt chorde eorū.chorda quidem m.
b.52.partes et.53.minuta.ſm quātitatem qua est diametrus.g.b.120.partes.et erit chor
da.g.m.107.partes ꝛ.43.minuta.ergo ſm quātitatē qua est linea.g.b.due partes et.11.
minuta.et linea.h.r.que est medietas diametri orbis egredientis centri qui reuoluit orbeꝫ
reuolutionis.60.partes erit linea.q̄dē.b.m.ps.o.et.58.minuta.ꝛ erit linea.g.m.pars vna
ꝛ.58.minuta.propter illud igitur erit linea m.r.et est minor diametro.h.r.absqꝫ multa di
uersitate.60.partes ſm illā quātitatem ꝛ linea.g.r.residua.58 partes et duo minuta.Et si
militer quia angulus.d.g.r.est.85.partes et octo minuta ſꝫ quātitatē qua sunt duo angu
li recti.360.partes:erit arcus qui est super lineā.d.n.85.partes ꝛ 8.minuta.ſm quātitatē
qua est circulus continēs triangulū.d.g.n.orthogoniū.360.partes.et arcus qui est super li
neam.g.n.residuū complemēti semicirculi.94.partes ꝛ.52.minuta.et erunt eorū chorde:
chorda quidem.d.n.81.pars ꝛ.10.minuta.ſm quātitatē qua est diametrus.g.d.120.p-
tes.et erit chorda.g.n.88.partes et.23.minuta.ergo ſꝫ quātitatēꝫ qua est linea.g.d.tres p
tes.et de linea.g.r.iam ostensum fuit ꝙ ipsa est.58.partes ꝛ duo minuta.erit linea quidē.
d.n.due partes ꝛ duo minuta.et linea.g.n.due partes et.13.minuta.et erit linea.n.r.resi-
dua.55.partes et.49.minuta.quapropter erit diametrus.d.r.55.partes et.51.minutū fe-
re.ſm quātitatē qua est medietas diametri orbis reuolutionis.22.partes ꝛ.30.minuta.
ergo ſm quātitatēꝫ qua est diametrus.d.r.120.partes:erit linea.d.n.4.partes ꝛ.22.minu-
ta.et arcus qui est super eam.4.partes et.11.minuta.ſm quātitatem qua est circulus cō-
tinens triangulū.d.r.n.orthogoniū.360.partes. Quapropter erit angulus.d.r.n.similiter
quatuor ptes ꝛ.11.minuta:ſcd̄ꝫ quātitatē qua sunt duo anguli recti.360.partes.Totus er
go angulus.e.d.r.fit.89.partes ꝛ.19.minuta.sed totus angulus.e.d.l.est.135.partes:pro
pterea ꝙ stelle longitudo fuit tūc a longitudine propinquiore.67.partes et.30.minuta.et
erit angulus.r.d.l.residuus.45.partes ꝛ.41.minutū.Arcus igitur qui est super lineam.r.f.
erit.45.partes et.41.minutū.ſcd̄m quātitatē qua est circulus cōtinens triāgulūꝫ.d.r f.or
thogoniū.360.partes.et erit linea.r.f.46.partes ꝛ.35.minuta.ſcd̄ꝫ quātitatem qua est dia
metrus.d.r.120.partes.Quapropter ſm quātitatē qua est linea.d.r.55.partes ꝛ.51.minu
tuꝫ.ꝛ fuit linea.r.l.medietas diametri orbis reuolutionis.22.partes ꝛ.30.minuta.erit.r.f.
21.partes ꝛ.41.minutū.ꝛ ſcd̄m quātitatem qua est diametrus.r.l.120.partes:erit linea.
r.f.etiā.115.partes et.39.minuta.ꝛ arcus qui est super lineam.r.f.erit.149.partes ꝛ duo
minuta.ſcd̄m quātitatēꝫ qua est circulus cōtinens triangulūꝫ.r.l.f.orthogoniū.360.ptes.ꝛ
erit angulus.r.l.f.149.partes ꝛ duo minuta.ſcd̄m quātitatem qua sunt duo anguli recti.
360.partes.et ſcd̄m hoc ostenditur ꝙ angulus.r.d.l.est.45.partes et.41.minutū.et simili
ter ēt ꝙ angulus.t.r.k.ſcd̄ꝫ illud exemplū erit q̄tuor partes ꝛ.11.minuta.Erit ergo totus
angulus.t.r.l.198.partes ꝛ.44.minuta.ſcd̄m quātitatem qua sunt duo anguli recti.360.
ptes.et ſꝫ quātitatē qua sunt q̄tuor anguli recti.360.ptes:erit.99.ptes ꝛ.27.minuta.Fit
ḡ arcus.t.k.l.orbis reuolutiōis qui fuit in hora ꝯsideratiōis ipsa lōgitudo stelle Mercurij a
pūcto.t.qđ ē lōgitudo lōgior.99.ptes ꝛ.27.minuta.Et illđ ē qđ nos oportuit dēmōstrare.



Et etiam in āno vigesimoprimo ānorꝫ Dionysij quod fuit in āno quadringen-
tesimo octuagesimoquarto ānorum nabuch.vigintiduobus diebus transactis de
mense alathrabi ꝛ decimooctauo die preterito mēsis thut:ex mēsibus egyptio
rum:in mane diei deciminoni eius fuit stella splendida matutinalis.ꝛ fuit lon
gitudo eius a linea recta que trāsit super frontem septētrionalem scorpionis:ꝛ super stel-

lam mediaʒ stellarũ frontis scorpionis.ad illud quidem quod minuitur quãtitas diametri lune ⁊ ad septẽtrionalem quidem a fronte septẽtrionali quãtitas duarũ diametrorum lune.sed stelle quidẽ medie stellarum frontis scorpionis fuit locus tũc scđm principia nostra pars vna ⁊ due tertie partis scorpionis.⁊ fuit scđm illaʒ quãtitatem etiam declinatio eius ad partem meridiei ab orbe medij signorũ.Stelle aũt septẽtrionalis stellarum frõtis scorpionis fuit locus due partes ⁊ tertia partis scorpionis.⁊ fuit declinatio eius ad septẽtrionem ab orbe medij signorũ pars vna et tertia partis.fuit ergo locus mercurij tunc tres partes et tertia partis scorpionis fere.Manifestũ est igitur ꝙ non peruenit lõgitudo ad maiorem longitudinẽ matutinalẽ.Quoniã post quatuor dies in.26.diebus mensis alathrabi fuit longitudo eius in eo quod inuenimus scriptũ ab hac linea ad illud quod min⁹ est quãtitas diametri integri ⁊ medietas diametri lune.Fit ergo eius lõgitudo maior ppterea ꝙ sol mouetur quatuor partibus fere:⁊ mouetur stella quãtitate medietatis diametri lune.⁊ fuit locus solis medius in decem ⁊ nouem diebus mensis thut ante mane secũdum cõputationẽ nr̃aʒ.20.partes ⁊ medietas et tertia ptis scorpionis.et fuit longitudo lõgior mercurij in sex partibus libre:propterea ꝙ ãni qui fuerũt inter duas considerationes: fuerũt quadringenti in quibus factus est motus localis lõgitudinis longioris quatuor partes fere.¶ Et postquã quod diximus situ est ſm habitudineʒ suam:describam etiaʒ formam similẽ forme superiori que est ante eam.propter diuersitatẽ igitur transituũ in similitudine:erunt anguli qui sunt apud pũctum.a.vbi est longitudo longior acuti:et linee cõtinue stelle erunt ad illud quod precedit de orbe reuolutionis.et erit perpendicularis.r.s.super lineaʒ.r.l.que est medietas diametri orbis reuolutiõis.Et quia cursus stelle medij fuit longitudo a lõgitudine longiore.44.partes et.50.minuta:erit angulus.a.b.h.44.partes ⁊ 50.minuta.ſm quãtitatem qua sunt quatuor anguli recti.360.partes.⁊ scđm quãtitatem qua sunt duo anguli recti.360.partes erit.89.partes ⁊.40.minuta.quapropter erit angulus.b.h.g.reliquus.270.partes ⁊.20.minuta.et vnusquisqȝ duoꝝ angulorum.h.g.b.et.h.b.g.est.44.partes et.50.minuta.Et propter illud erunt chorde eorũ:chorda quidem.g.h.84.partes ⁊.36.minuta.scđm quãtitateʒ qua est diametr⁹ circuli continentis trianguluʒ.b.h.g.120.partes.Et vnaqueqȝ duarũ chordarum.h.g.et.h.b.scđm illã quãtitateʒ.45.partes et.46.minuta.ergo scđm quãtitateʒ qua est vnaqueqȝ duaꝝ linearũ.h.b.et.h.g.tres partes.erit linea.g.b.5.partes ⁊.33.minuta.Et etiam quia angulus.a.g.r.est.89.partes ⁊.40.minuta.scđm quãtitatem qua sunt duo anguli recti.360.partes.et similiter angulus.b.g.h.44.partes ⁊.50.minuta.colligitur vt sit totus angulus.g.m.b.134.partes ⁊.30.minuta.erit ergo arcus qui est super.b.m.134.partes et.30.minuta.scđm quãtitatem qua est circulus continens trianguluʒ.g.b.m.ortogoniũ.360.partes.⁊ arcus qui est super lineã.g.m.residuum cõplementi semi circuli erit.45.partes ⁊.30.minuta.Et erũt chorde eorum:chorda quidem.m.b.110.partes ⁊.40.minuta.scđʒ quãtitatẽ qua est diametr⁹.g.b.120.partes.⁊ chorda quidem.g.m.46.partes ⁊.24.minuta.scđm illam quãtitatẽ.Quapropter scđm quãtitatem qua est linea.g.b.5.partes ⁊.33.minuta.scʒ cum fuerit linea.r.b.que est medietas diametri orbis centri egredientis.60.partes:erit linea.m.b.quinqȝ partes ⁊ septem minuta.⁊ linea.g.m.due partes ⁊.10.minuta.et propter hoc colligiẽ vt sit longitudo linee.r.m.59.partes et.47.minuta.scđm illam quãtitatem.et tota linea.r.m.g.erit.61.partes et.57.minuta.Et similiter quia angulus.d.g.n.est.89.partes ⁊.40.minuta.scđm quãtitatem qua sunt duo anguli recti.360 partes.erit arcus qui est super lineam.d.n.89.partes et.40.minuta.scđm quãtitatem qua est circulus continens triãgulũʒ.d.g.n.ortogoniũ.360.partes.et arcus qui est super lineã.g.n.residuum cõplementi semicirculi erit.90.partes et.20.minuta.et erũt chorde eoruʒ:chorda quidem.d.n.84.partes ⁊.36.minuta.scđm quãtitatem qua erit diametr⁹.g.d.120.partes.et erit chorda.g.n.scđʒ illam quãtitatẽ.85.partes et sexta partis.igitur scđm quãtitateʒ qua est linea.g.d.tres partes:erit linea quidẽ.d.n.due partes et septem minuta.et linea.g.n.due partes ⁊ octo minuta.et tota linea.r.g.n.erit.64.partes ⁊.5.minuta.quapropter erit chorda.r.d.ſm illam quãtitatem.64.partes ⁊ septem minuta.ergo ſm quãtitatem qua est linea.r.d.120.partes:erit linea.d.n.tres partes ⁊.58.minuta.et erit arcus qui est super eam tres partes ⁊.48.minuta.scđm quãtitatẽ qua est circulus cõtinens triangulũ.r.d.n.ortogoniũ.360.partes.⁊ similiter erit angulus.d.r.n.tres partes ⁊.48.minuta.scđm quãtitatem qua sunt duo anguli recti.360.partes.⁊ erit angulus.r.d.n.176.partes ⁊.12.minuta.⁊ angulus.a.d.r.reliquus scđm illam quãtitatem erit.85.partes ⁊.52.minuta.Sed angulus.a.d.l.positus scđm illam quãtitatẽ erit.84.partes ⁊.40.minuta.propterea ꝙ longitudo stelle fuit in consideratione a longitudine

longiore.27.partes et.20.minuta.donec fuit angulus.l.d.r.reliquus.31.partes ⁊.12.minuta.scdm quātitatem qua sunt duo anguli recti.360.partes. erit ergo arcus qui est sup lineam.r.s.31.partes et.12.minuta.scdm quātitatem qua est circulus cōtinens triangulū.d.r.s.orthogoniū.360.partes.et erit linea.r.s.ipsa eadem.32.partes et.16.minuta.scdꝫ quātitatē qua est diametrus.d.r.120.partes.ergo scdm quātitateꝫ qua est linea.d.r.64.partes ⁊.7.minuta.scꝫ qua mēsura est linea.r.l.que est medietas diametri orbis reuolutionis.22.partes et.30.minuta.erit linea.r.s.17.partes ⁊.15.minuta.et scdm quātitateꝫ qua erit diameterꝰ.r.l.120.partes:erit linea.r.s.92.partes fere.Quapropter erit arcus qui est super lineā.r.s.centū partes et octo minuta.scdm quātitatē qua est circulus continēs triāgulū.r.l.s.orthogoniū.360.partes.et erit angulus.r.l.s.centum partes et octo minuta.scdꝫ quātitatem qua sunt duo anguli recti.360.partes.et scdm illam quātitatē est declaratuꝫ ꝙ angulus.r.d.l.est.31.partes ⁊.12.minuta.ergo erit angulus.t.r.l.68.partes et.56.minuta.et angulus.t.r.k.similiter tres partes et.48.minuta. Quapropter erit angulus.k.r.l residuus scdm quātitatē qua sunt duo anguli recti.360.partes.65.partes ⁊.8.minuta.Et scdm quātitatem qua sunt quatuor anguli recti.360.partes.32.partes et.34.minuta.Et illud est qđ nos opportuit declarare.

¶ Capitulum vndecimum in positione motuum mercurij qui sunt reuolutionū eius.



Et fuit etiaꝫ in hac consideratione lōgitudo stelle a puncto.k.ꝙ est longitudo propinquior orbis reuolutiōis.32.partes ⁊.34.minuta.et manifestum est ꝙ eius longitudo fuit a longitudine longiore.212.partes ⁊.34.minuta:et iam ostensum fuit ꝙ in tempore considerationis nostre fuit longitudo eius a longitudine longiore orbis reuolutiōis.99.partes ⁊.27.minuta:et fuit tēpus quod fuit iter duas cōsiderationes anni egyptij quadringēti ⁊ duo et ducenti et octuagintatres dies ⁊ tredecē hore ⁊ medietas fere.et hoc tempus cōtinet reuersiones diuersitatis integras huius stelle.1268.In viginti enim ānis egyptijs fuerūt reuolutiōes.63.fere.In quadringentis ergo annis aggregantur.1260.reuolutiones ⁊ in duobus ānis reliquis cum eo ꝙ cōsequitur eos de numero dierū ⁊ horarum reuoluitur stella octo reuolutionibus alijs.Jam ergo declaratū est nobis ꝙ in quadringentis ⁊ duobus ānis et ducētis et octuagintatribus diebꝰ et tredecem horis ⁊ medietate hore pertrāsiuit stella mercurij post reuersiones diuersitatū integras:que sunt.1268.et.246.partes ⁊.53.minuta:et illud est qđ fuit inter locum eius in consideratione nostra:et inter locū eius in consideratiōe prima.Et similiter aggregatur nobis ex partibus que superfluit in similitudine horum dierū quod diximus scdm ꝙ premisimus eius positionem in tabulis.Et hoc nāqꝫ ⁊ eius simili posuimus equationem reuolutionum motuū stelle mercurij.Tempus quidem presens diuisimus per dies.et reuolutiones diuersitatis cum superfluitate diuisimus per partes.Cuꝫ ergo diuidentur plures partes per plures dies:progredietur ex eo qđ firmauimus in eo quod precessit de motu stelle mercurij medio diei vnius in diuersitate sua.Quēadmoduꝫ autē fecimus in sole ⁊ luna:similiter faciemus in quinqꝫ stellis erraticis.Et posuimus loca earum in āno primo ānorum nabuch.in primo die mensis thot:qui est ex mensibus egyptioruꝫ in medietate diei.scꝫ fecimus simile illius:scꝫ accepimus tempus quod est inter hoc tempus ⁊ tēpus antiquum: ⁊ quod est inter consideratione antiquam ⁊ considerationem modernam de ānis egyptijs ⁊ diebus ⁊ horis:scꝫ.483.ānis ⁊.17.diebꝰ ⁊.18.horis.Et inuenimus illud quod opponitur huic tempori scdm ꝙ firmatur in tabulis de motu medio qui est stellarum diuersitatis et ꝙ superfluit stella de eo.190.partes ⁊.39.minuta:et illud est quod cū proiecerimus ex partibus lōgitudinis stelle in hora ꝯsiderationis a longitudine longiore orbis reuolutiōis:scꝫ et.212.partibus et.34 minutis:inueniemus in primo āno annorū nabuch.in primo die mēsis thot:qui est ex mensibus egyptiorū in medietate diei:diuersitatem stelle que est a lōgitudine longiore sua in orbe reuolutionis.21.partes ⁊.55.minuta.Et in longitudine quidem in parte piscis:in qua fuit sol tūc.et est.0.⁊.45.minuta.Locum aūt longitudinis longioris orbis egredientis centri in parte vna ⁊ sexta partis libre.quoniā pars centesima horum ānorum fit quatuor partes ⁊ medietas ⁊ tertia partis fere.et scdm istas partes addās sex partes libre: que fuerant in tempore considerationis super partem vnam et sextam partis libre.

Expleta est dictio Nona Libri Almagesti Ptolemei Pheludiensis.

¶ L. Ptolemei Pheludiensis Dictio decima Libri Almagesti decem capitulis pulcerrime decorata succedit.

¶ Capitulum primum in declaratione longitudinis longioris stelle veneris.



Radices vero secūduȝ quas agitur in stella mercurij: ⁊ quātitates diversitatum et preter illud etiam summā motuū ⁊ revolutionuȝ eius et locorum ipsius scd̄m hūc modū invenimus. In stella aūt Veneris primum etiaȝ inquirimus: super quas partes orbis signorum est locus longitudinis longioris ⁊ longitudinis propinquioris orbis centri egredientis propter lōgitudines suas que sunt in vltimo longitudinis vespertine que est in parte vna ⁊ eadē. et nō invenimus in eo considerationem antiquoꝝ propinquā veritati. Sed nos invenimus quod intendimus de eo per considerationes que fuerūt scd̄m tempus nostruȝ. Et nos invenimus in cōsideratiōibus que pervenerūt ad nos ex cōsiderationibus Taionis doctrinalis considerationem: que fuit in āno sextodecimo annoruȝ adriani: in mense apud egyptios nominato sumugui in die vigesimoprimo eius: in nocte quā sequitur dies vigesimussecundus. Scripsit nāqꝫ ꝙ stella veneris fuit in hac consideratione in prima hora noctis scd̄m plurimū longitudinis eius a sole. Ipsa nāqꝫ precedebat stellam que est in medio pleiadum scd̄m longitudinē pleiadū et fuit visa q̄si esset in cursu suo meridionalis ab ea parūper. et quia stelle medie pleiadū fuit locus in illa hora scd̄m numerationem ꝑncipioruȝ nostrorū super tres partes ⁊ mediā partis tauri. et longitudo pleiadū est pars et medietas partis fere. Tūc manifestū est ꝙ locus veneris fuit super partē et medietatem partis tauri. Et q: solis per motū mediuȝ suum fuit locus in illa hora super quatuordecē partes ⁊ quartā piscis. tūc plurimum quod fuit longitudinis eius vespertine a cursu medio: fuit. 47. partes et quarta partis. Et ꝯsideravimus nos in anno q̄rto ānorum Antonij in mense thot apud egyptios: in die eius vndecimo in nocte quā sequitur dies duodecimus stellam veneris in mane. et ipsa iam fuit in plurimo quod est longitudinis eius a sole ⁊ invenimus longitudinē eius a medio genu geminorum in septētrione et in oriente medietatem octave vnius: ⁊ fuit locus huius stelle que est vna stellarum fixarum apud nos in illa hora super decem et octo partes ⁊ quarta partis geminoruȝ. ⁊ fuit stella veneris super decem et octo partes ⁊ medietatem fere eorum et fuit locus solis per motum suū medium super quinqꝫ partes et medietatem ⁊ quartaȝ partis leonis. Fuit ergo plurimū quod est longitudinis matutinalis. 47. partes ⁊ quarta partis scd̄m istas ptes. Et quia cursus medii fuit locus in consideratione prima super quatuordecem partes ⁊ q̄rtam piscis. et in consideratione scd̄a super quinqꝫ partes et medietatem ⁊ quartam leonis. et pūctum mediuȝ quod est inter eos orbis signorum cadit super vigintiquinqꝫ partes tauri ⁊ scorpionis manifestum erit ꝙ diametrꝰ que transit per longitudinem longiorem et lōgitudinem propinquiorem nō cadet nisi super hec duo pūcta. Et similiter etiam invenimus in cōsiderationibus Taionis consideratione que fuit in āno secūdo ānoruȝ Adriani in mē-


se apud egyptios nominato anun in nocte quã sequitur dies vigesimus secũdus eius: ꝛ fuit stella veneris in mane super plurimũ quod est lõgitudinis eius a sole inuenta posterior stella que est in extremitate ale meridionalis virginis scd̃m quãtitatẽ longitudinis pleiadum: aut minus illa paruꝫ: scd̃m quãtitatẽ stelle ipsius et fuit visus cursus eius ac si esset ipse declinatus in meridie scd̃m quãtitatẽ diametri lunaris vnius. Et qꝛ huius stelle fixe apud nos fuit locus in illa hora super. 28. partes ꝛ medietatẽ et tertiã partis duodecime leonis: ita ꝙ fuit stelle veneris locus super tertiam partis vnius virginis. et fuit locus solis per cursum suũ mediũ super. 17. partes ꝛ medietatẽ ꝛ tertiã partis et tricesimam partis vnius libre. ergo fuit plurimuꝫ quod est longitudinis eius matutinalis a cursu medio. 47. partes et medietas ꝛ pars tricesima partis. ¶ Et cõsiderauimus nos in anno vigesimoprimo ãnorũ Adriani: in mense nominato apud egyptios machur: in die nono eius: in prima hora noctis quã sequitur dies decimus stellã veneris: et fuit in plurimo quod est longitudinis eius a sole. Et inuenimus eam precedentẽ stellã septẽtrionalem stellarũ quatuor que sunt quasi in quadrilatero post stellam sequentẽ que est super rectitudinẽ altioris partis aquarij duabus partibus fere lune quintedecime et fuit stella visa ac si ipsa scintillaret. Et quia huius stelle fixe fuit locus in illa hora scd̃m nũerationem nostram sup viginti partes aquarij. et propter illud fuit stella veneris super decem ꝛ nouẽ partes ꝛ tres quintas partis eius. et fuit locus solis per cursum suũ medium super duas partes ꝛ partem quintadecimam vnius partis capricorni. Tunc fuit in hac consideratione etiam longitudo que est longitudinis eius vespertine. 47. partes ꝛ medietas ꝛ trigesima pars partis vni⁹. Et duo pũcta orbis signorum que sunt in medio inter decem ꝛ septẽ partes et medietatẽ ꝛ tertiam partis et partẽ trigesimã partis vnius libre: que fuerũt locus solis in consideratione prima: ꝛ inter duas partes et partẽ quintãdecimã ptis vnius capricorni: que fuerunt locus solis in consideratione secũda: cadunt etiam quasi super partem vigesimãquintam scorpionis ꝛ tauri.

¶ Capitulum secũdum in quãtitate orbis reuolutionis stelle veneris.



Et istas res inuenimus ꝙ lõgitudo longior ꝛ longitudo propinquior orbis eius egredientis centri in nostro tempore est super vigitiquinqꝫ gradus tauri et scorpionis postea secuti sumus illud scd̃ꝫ ꝙ oportet: inquirendo longiorem longitudinem que fuit eius a sole cum fuit per motum suũ mediũ in vigintiquinqꝫ partibus tauri ꝛ in vigintiquinqꝫ partibus scorpionis. Et inuenimus in considerationibus que peruenerunt ad nos de cõsiderationibus Taionis cõsiderationem que fuit in anno tertiodecimo ãnorũ Adriani: in mẽse athica apud egyptios: in matutino diei tertij. in qua inuenit stellam veneris in plurimo quod est longitudinis eius a sole. ꝛ precedebat lineã rectam: que transit per stellã antecedentẽ triũm stellarũ que sunt in capite arietis: ꝛ per stellam que est super pedem eius postremũ parte vna ꝛ duabus quintis partis. et fuit longitudo eius a stella antecedente stellarũ que sunt in capite arietis ppe qua duo longitudinis eius a stella que est super pedẽ eius. Et fuit locus stelle stellarũ triũ que sunt in capite arietis in illa hora secundum numerationem nostram super sex partes ꝛ tres quintas partis arietis. ꝛ eius longitudo ab orbe signorum in septentrione fuit septem partes ꝛ tertia partis. Et fuit locus stelle que est in pede postremo super quatuordecem partes ꝛ medietatem ꝛ quartã partis arietis. et eius longitudo in meridie ab orbe signorum quinqꝫ partes ꝛ quarta partis. fuit ergo locus stelle veneris super decem partes ꝛ tres quintas partis arietis ꝛ fuit meridionalis ab orbe signoꝝ scd̃m partem ꝛ medietatẽ. Et quia solis per motum suũ mediuꝫ fuit locus in illa hora vigintiquinqꝫ partes ꝛ due quinte partis tauri. fuit longitudo que est in vltima longitudine a cursu medio quadragintaquatuor partes ꝛ quatuor quinte partis vnius nos considerauimus in anno vigesimoprimo annoꝝ Adriani: in mẽse nominato apud egyptios tobe: in die secũdo eius in prima hora noctis quã sequitur dies tertius stellam veneris: ꝛ ipsam in plurimo quod est lõgitudinis eius a sole. Et considerauimus ipsam cũ duabus stellis que sunt in duobus cornibus capricorni. et vidimus locum eius super duodecem partes ꝛ medietatẽ et tertiam partis capricorni. Et fuit locus solis per motum suũ mediũ super vigintiquinqꝫ partes ꝛ medietatem partis scorpionis. Fuit ergo plurimuꝫ qd̃ est longitudinis eius a motu medio in hac consideratione. 47. partes ꝛ tertia partis. Et declaratũ est ꝙ longitudo longior est in vigintiquinqꝫ partibus tauri ꝛ lõgitudo propinquior in vigintiqnqꝫ partibus scorpionis. Et apparuit etiam ꝙ orbis egrediens reuoluens orbẽ reuolutionis veneris est fixus: propterea ꝙ nos nõ inuenimus in loco orbis signorũ duas longitudines maiores que sunt sup duo latera cursus mediũ cõiunctas. neqꝫ minores duabus longitudinibus que sunt in tauro cõiunctis. neqꝫ maiores duabus longitudinibus que sunt in scorpione cõiunctis. ¶ Et postquã iam explanauimus has res: sit orbis centri egredietis: super quẽ mouetur semper or-


bis reuolutionis veneris circulus.a.b.g.circa diametrū.a.g.et ponam ſuper ipſam centrū orbis egredientis centri pūctum.d.ꝛ centrū orbis ſignorum pūctū.e.ꝛ pūctum.a.pūctuꝫ qđ eſt ſub vigintiquinqꝫ partibus tauri.et pūctum.g.pūctuꝫ quod eſt ſub vigintiquinqꝫ partibus ſcorpionis.ꝛ ſignabo circa duo pūcta.a.et.g.duos orbes reuolutionis equales: ſuper quos ſint.r.et.b.ꝛ protrabam lineas.e.r.et.e.b.contingētes eos.et cōtinuabo lineas duas.a.r.et.g.b.Et qꝛ angulus.a.e.r.cū fuerit apud centrū orbis ſignorū: ſubtenditur plurimo quod eſt longitudinis huius ſtelle in longitudine ſua longiore.et ſūma illius ſcđm ꝙ narrauimus eſt.44.partes ꝛ quatuor quinte partis.ꝛ eſt iſte angulus ſcđm partes quidē quibus quatuor anguli recti ſunt.360.partes.44.partes et.48.minuta. Et ſcđm partes qƀus duo anguli recti ſunt.360.partes eſt.89.partes ꝛ.36.minuta.Ergo erit arcus qui eſt ſup lineam.a.r.89.partes ꝛ.36.minuta.ſcđm partes quibus circulus qui deſcribitur circa triāgulū.a.e.r.ortogoniū eſt.360.partes.et chorda eius que eſt linea.a.r.84.partes ꝛ.33.minuta fere.ſcđm partes quibus.a.e.ſubtēdens eſt.120.partes Et ſꝫ hoc exemplū quia fuit angulus.b.e.g.longitudo que eſt plurimū quod eſt longitudinis in longitudine propinquiore.ꝛ iam poſita eſt etiam.47.partes ꝛ tertia partis:erit hic angulus etiam ſcđm partes quibus quatuor recti anguli ſunt.360.partes.47.partes ꝛ.20.minuta.ꝛ ſcđm partes quibus duo anguli recti ſunt.360.partes eſt.94.partes ꝛ.40.minuta.Erit ergo arcus qui eſt ſup lineam.b.g.94.partes ꝛ.40.minuta ſcđꝫ partes quibus circulus qui deſcribitur circa triāgulum.g.e.b.ortogoniū eſt.360.partes.ꝛ eius chorda: que eſt linea.g.b.erit.88.partes et 13.minuta fere:ſm partes quibus linea.e.g.ſubtendens eſt.120.partes.Ergo ſcđm partes quibus linea.g.b.ſcꝫ eq̄lis linea.a.r.que eſt a centro orbis reuolutionis eſt.84.partes ꝛ.33.minuta.ꝛ linea.a.e.eſt.120.partes.erit linea.e.g.115.partes ꝛ minutum vnum.Et manifeſtum eſt:ꝙ linea.a.g.tota erit ſcđm illud.235.partes ꝛ minutū vnum.et linea.a.d.que eſt medietas eius eſt.117.partes ꝛ.30.minuta fere.ꝛ remanet linea.d.e.que eſt inter duo centra due partes ꝛ.30.minuta.Erit ergo ſcđm illas partes quibus linea.a.d.que eſt a centro orbis egredientis centri eſt.60.partes.linea.d.e.que eſt inter duo cētra pars vna ꝛ quarta partis fere.ꝛ linea.a.r.que eſt a centro orbis reuolutionis.43.partes ꝛ ſexta partis.Et illud volebamus oſtendere.




¶ Capitulum tertium in ſcientia proportionum egreſſionis orbis egredientis centri que eſt ſtelle veneris a centro.



Et quia non fuit manifeſtum vtruꝫ motus orbis reuolutionis huius ſtelle ſit circa punctū.d.accepimus hic etiam duas longitudines in vltimo magnitudinis in duabus partibus oppoſitis:in vnaquaqꝫ quarū fuit curſus ſolis medij longitudo a longitudine longiore quarta circuli.¶ Fuit itaqꝫ noſtra conſideratio vnius earuꝫ in anno decimooctauo ānoꝝ Adriani:in menſe phar moti apud egyptios:in die ſcđo eius:in nocte quā ſequitur dies tertius.et fuit ſtella veneris in matutino huius noctis in plurimo quod eſt longitudinis eius a ſole.ꝛ conſiderauimus ipſam cum corde ſcorpionis.ꝛ fuit locus eius ſuper vndecem partes ꝛ medietatem ꝛ tertiam ꝛ partem duodecimā ꝑtis vnius capricorni.Et fuit locus ſolis in illa hora per curſum ſuū medium ſuper vigintiquinqꝫ partes ꝛ medietatem partis aquarij.fuit ergo plurimum quod eſt longitudinis matutinalis a curſu medio quadragintatres partes ꝛ medietas ꝛ pars duodecima partis vnius.¶ Et fuit conſideratio noſtra altera in āno tertio annorū Antonij:in menſe pharmoti apud egyptios in die quarto eius:in veſpere noctis quaꝫ ſequitur dies q̄ntus.fuitqꝫ in hoc veſpere ſtella veneris ſuper plurimū quod eſt longitudinis eius a ſole.ꝛ conſiderauimus ipſam cū aldebaran.et inuenimus locum eius ſuper tredecem partes ꝛ medietatem ꝛ tertiā partis arietis.Et fuit locus ſolis per curſuꝫ ſuū mediū ſuper vigintiquinqꝫ partes ꝛ medietatē aquarij.Fuit ergo longitudo maior veſpertina a curſu medio.48.partes ꝛ tertia.¶ Et quia iam planas feci has res:ſit diameter᷒ que trāſit per longitudinem longiorē orbis centri egredientis linea.a.b.g.ꝛ ponam vt pūctuꝫ.a.ſit pūctum quod eſt ſub vigintiq̄nqꝫ partibus tauri.ꝛ pūctum.b.centꝝ orbis ſignorum.ſitqꝫ noſtra intentio vt inueniamus centrū circa quod dicimus eſſe motū orbis reuolutiōis equalem.ſitqꝫ illud pūctum.d.ꝛ producam ab ipſo lineā.d.e.ſcđm angulos rectos ſuper lineaꝫ.a.g.ad hoc vt ſit longitudo curſus medij orbis reuolutionis a longitudine longiore quarta circuli ſicut fuit in duabus conſiderationibus.et inueniatur ſuper lineam.d.e.centrū orbis reuolutionis in duabus conſiderationibus quas diximus.et ſit pūctum.e.ꝛ ſignemus circa ipſum orbem reuolutionis.r.b.ꝛ protrahā a puncto.b.duas lineas contingentes ipſū.ſintqꝫ linee.b.r.et.b.b.ꝛ coniūgam lineas.b.e.et.e.r.et.b.e.et quia in curſu medio quē narrauimus:poſita eſt maior longitudo matutinalis a curſu medio quadragintatres partes ꝛ medietas partis ꝛ pars duodecima partis vnius.et longitudo maior veſpertina.48.partes ꝛ tertia partis.ergo angulus.r.b.b.totus eſt.91.partes ꝛ.55.minuta.ſm partes quib᷒







quatuor anguli recti sunt.360.partes ꝛ erit eius medietas que est angulus.r.b.e.91.partes ꝛ.55.minuta.scdm partes quibus duo anguli recti sunt.360.partes. Quapropter erit arcus qui est super lineaꝫ.e.r.91.partes ꝛ.55.minuta.secūdū partes quibus circulus qui describitur circa triangulūꝫ.b.e.r.ortogoniū est.360.partes.ꝛ linea.e.r.ipsa est.86.partes ꝛ.16.minuta.scdm partes quibus linea.b.e.subtendens est.120.partes. ergo scdꝫ partes quibus linea e.r.que est a centro orbis revolutiōis est.43.partes ꝛ.10.minuta.erit linea.b.e.60.partes ꝛ tria minuta. Et etiam quia superfluitas que est inter has duas longitudines maiores:est.4.partes ꝛ.45.minuta.ꝛ illud comprehendit superfluitatem que fuit in illa hora propter diversitatē additam orbi signorū duplicem ꝛ continet illud angulus.b.e.d.ergo angulus.b.e.d.erit sm partes quibus quatuor anguli recti sunt.360.partes: due partes ꝛ.22.minuta ꝛ medietas minutis. Et scdꝫ partes quibus duo anguli recti sunt.360.partes erit.4.partes ꝛ.45.minuta.erit ergo propter illud arcus que est super lineam.b.d.etiam.4.partes ꝛ.45.minuta.scdꝫ partes quibus circulus qui describitur circa triangulū.b.d.e.ortogoniū est.360.partes.ꝛ erit linea.b.d.ipsa.4.partes ꝛ.59.minuta fere.scdm partes quibus linea.b.e.est.120.partes.ergo scdm partes quibus linea b.e.est.60.partes et tria minuta.ꝛ linea que est a centro orbis revolutionis est.43.partes ꝛ.10.minuta. Erit linea.b.d.due partes ꝛ medietas fere. Jam vero fuit ostēsum ꝙ illud qđ est inter pūctum.b.quod est centrū orbis signorū: ꝛ inter centrum orbis egredientis centri: supra quē est semper centrum orbis revolutionis scdm istas partes est pars vna ꝛ quarta partis. Erit ergo propter illud medietas linee.b.d. Nos enim si diviserimus lineā.b.d.in duo media super pūctū.t.erit manifestum ꝙ scdm partes quibus linea.t.a.que est a centro orbis revoluentis orbem revolutionis est.60.partes:erit vnaqueqꝫ duarū linearū.b.t.t.d. que sunt inter centra pars vna ꝛ quarta partis.ꝛ linea.e.r.que est a centro orbis revolutionis.43.partes ꝛ.10.minuta. Et iste sunt res quas intendimus demonstrare.

¶ Capitulum quartum in verificatione revolutionum motuū veneris.


Modum autem radicis secūdum quaꝫ agitur in hac stella: ꝛ proportiones diversitatum eius invenimus in hac semita. Postea accepimus proportiones revolutionū motuū eius ꝛ locorum ipsius per duas considerationes: in quibus non fuit dubitatio. Quarum vna fuit ex nostris considerationibus: ꝛ altera ex cōsiderationibus antiquis. Nos nāqꝫ consideravimus stellā veneris in āno secūdo ānorum Antonij: in mense tobi apud egyptios: in die vigesimonono eius: in nocte quā sequitur dies tricesimus cū instrumento considerationis.ꝛ ipsa iam pertransierat plurimū quod est longitudinis sue matutinalis. Et cōsideravimus ipsam cū alscimech inermi.ꝛ vidimus locū eius super sex partes ꝛ medietatem partis scorpionis: ꝛ fuit in illa hora inter stellam que est longior stellarū que sunt in fronte scorpionis in septētrione: ꝛ iter centrum lune quod videtur. et fuit scdm rectitudinem cū eis.ꝛ precedebat centrū lune tātum quātū erat posterior stella que est longior stellarū que sunt in fronte scorpionis in septētrione vice vna ꝛ medietate vicis. Huius autē stelle fixe que est in fronte scorpionis: fuit locus in illa hora scdm nūerationem principiorū nostrorūꝫ supra sex partes ꝛ.20.minuta scorpionis ꝛ ipsa est septētrionalis ab orbis signorūꝫ scdm partem vnā ꝛ viginti minuta. Et fuit illa hora post medietatē noctis quatuor horis ꝛ medietate ꝛ quarta hore eqlis. Quoniam fuit sol super vigintitres partes sagittarij. Fuit ergo mediū celi per instrumētum considerationis due partes virginis. Et in illa hora fuit sol per cursum suū mediū super vigintiduas partes ꝛ novem minuta sagittarij.ꝛ fuit locus lune medius super.15.partes ꝛ.24.minuta scorpionis.et diversitatis super.87.partes ꝛ.30.minuta a lōgitudine lōgiore ꝛ latitudinis super.12.partes ꝛ.22.minuta a fine septētrionali.ꝛ propter illud fuit locus centri lune secūdū veritatem super.5.partes ꝛ.45.minuta scorpionis ꝛ fuit declinatū in septētrionem ab orbe signorū quinqꝫ partibus.ꝛ vidimus in Alexandria locū eius in longitudine super octo partes ꝛ.45.minuta scorpionis.ꝛ eius declinationem ab orbe signorū in septētrionem.4.partes ꝛ.40.minuta. Fuit ergo locus stelle veneris propter has res etiam super sex partes ꝛ.30.minuta scorpionis.et fuit septētrionalis ab orbe signorūꝫ scdm duas partes ꝛ.40.minuta. ¶ Et quia iam explanavimus has res. tūc sit diametrus que transit per longitudinem longiorem orbis ꝛ longitudinē propinquiorem: supra quā sint.a.b.g.d.e.et ponam vt pūctū.a.sit super partem vigesimamqntam tauri.ꝛ pūctū.e.super vigesimamqntā partem scorpionis.ꝛ pūctū.b.pūctum circa quod movetur orbis revolutionis eqliter.ꝛ pūctum.g.centrum orbis egredientis centri: super quē revolvitur centruꝫ orbis revolutionis.ꝛ pūctum.d.centrum orbis signorꝫ. Et quia solis per motum suū mediū fuit locus in consideratione super.27.partes ꝛ.9.minuta sagittarij.tunc fuit propter illud cursus medij orbis revolutionis locus super.27.partes ꝛ.9.minuta a longitudine propinquiore: super quā videtur pūctum.e.ponam igitur vt centrū orbis revolutiōis sit sup pū-



ctrum.r.⁊ signabo circa ipsum orbem reuolutionis: supra quem sunt.b.t.k.⁊ producam lineas.d.r.b.et.b.r.t.et.g.r.⁊ producã a duobus pũctis.d.et.g.super lineaз.b.r.t.duas perpẽdiculares.g.l.et.d.m.et ponam stellam super pũctum.k.⁊ protrabam lineas duas.d.k.et.r.k.⁊ producam perpendicularem.r.n.et sit intentio nostra vt inueniamus arcuз.t.k.qui est longitudo stelle a pũcto.t.quod est longitudo longior orbis reuolutionis. Et quia angulus.e.b.r.scd̃m partes quibus quatuor anguli recti sunt.360.partes est.27.partes ⁊.9.minuta. Et secũduз partes quibus duo anguli recti sunt.360.partes est.54.partes ⁊.18.minuta.erit propter hoc arcus qui est super lineam.g.l.54.partes ⁊.18.minuta.scd̃m partes quibus circulus qui describitur circa triangulũ.b.g.l.orthogoniũ est.360.partes.⁊ arcus qui est super lineam.b.l.erit quod remanet ad complendũ semicirculũ:⁊ est.125.partes ⁊.42.minuta. Linea igitur.g.l.que est vna duarũ linearum que subtendunt eis:erit.54.partes ⁊.46.minuta.scd̃m partes quibus linea.b.g.subtendens est.120.partes.⁊ erit linea.b.l.scd̃m istas easdem partes.106.partes ⁊.47.minuta.propter illud ergo secũdum partes quibus linea.b.g.est pars vna ⁊.15.minuta.⁊ linea.g.r.que est a centro orbis egredientis centri:est.60.partes:erit linea.g.l.34.minuta. Et linea.b.l.scd̃m illud exemplũ pars vna ⁊ septem minuta. Et quia quod est ex linea.g.r.diminuto ex eo qđ est ex linea.g.l.erit ex eo quod est ex linea.r.l.tũc linea.r.l.erit secũdum istas partes.60.partes fere. Linea autem.m.l.est equalis linee.l.b.⁊ linea.d.m.est duplũ linee.g.l.propterea q̄ linea.b.g.etiam est equalis linee g.d.erit ergo propter illud linea.r.m.partes relique:⁊ sunt.58.partes et 54.minuta fere.et erit linea.d.m.sm̃ istas ptes pars vna ⁊ octo minuta.et similiter linea.r.d.subtẽdens erit.58.partes et.54.minuta fere. Sed secũdum partes q̃bus linea.r.d.subtendens est.120.partes:erit linea.d.m.due partes ⁊.16.minuta.⁊ arcus qui est super eaз erit due partes ⁊ duodecem minuta.scd̃m partes q̃bus circulus qui describitur circa triãgulum.r.d.m.orthogoniũ est.360.partes. Erit ergo propter illud angulus.b.r.d.due partes ⁊.12.minuta.secũdum partes quibus duo anguli recti sunt.360.partes.⁊ totus angulus.e.d.r.extrinsecus erit.56.partes ⁊.30.minuta.scd̃m istas partes.et angulus.k.d.e.scd̃з partes quibus quatuor anguli recti sunt.360.partes:erit.18.partes ⁊.30.minuta: propterea q̄ illud est sũma partium quibus stella in consideratione precedebat longitudinem propinquiorem: que est super pũctuз.e.scз vigintiq̃nq̃ partes scorpionis.⁊ secũdum ptes quibus duo anguli recti sunt.360.partes:erit.37.partes:angulus ergo.k.d.r.totus erit.93.partes ⁊.30.minuta.secũdum partes quibus duo anguli recti sunt.360.ptes.⁊ arcus qui est sup lineam.r.n.erit.93.ptes ⁊.30.minuta.sз ptes q̃b⁹ circulus qui describitur circa triãgulũ.d.r.n.orthogoniũ est.360.partes.linea igitur que subtẽditur ei:⁊ est linea.r.n.erit scd̃m partes quibus linea.r.d.est.120.partes.87.partes ⁊.25.minuta.⁊ secũdum partes quibus hec linea est.58.partes ⁊.54.minuta.scз secũdũ partes q̃bus linea.r.k.que est a cẽtro orbis reuolutionis est.43.partes ⁊.10.minuta. Erit.42.partes ⁊.55.minuta. Erit g̃ sз ptes q̃bus linea.r.k.subtendens est.120.partes:linea.r.n.119.partes ⁊.18.minuta.⁊ arcus qui est super eã erit.167.partes ⁊.38.minuta:secũdũ partes q̃bus circulus qui describitur circa triangulũ.r.k.n.orthogoniũ est.360.partes.angulus igitur.r.k.d.erit.167.partes ⁊.38.minuta.⁊ angulus totus.k.d.b.est.93.partes ⁊.30.minuta. Ergo angulus tot⁹.k.r.b.extrinsecus erit.261.pars et octo minuta. Iam vero fuit ostẽsuз:q̄ angulus.b.r.d.scз angulus.b.r.t.secũdũ istas partes est due partes ⁊ duodecem minuta. Angulus igitur.t.r.k.reliquus scd̃m partes quibus duo anguli recti sunt.360.partes.erit.258.partes et 56.minuta.⁊ secũdum partes quibus quatuor anguli recti sunt.360.partes:erit.129.partes ⁊.28.minuta.fuit ergo longitudo stelle veneris in hora nota a pũcto.t.quod est longitudo longior orbis reuolutionis:anterius quidẽ partes quas diximus:⁊ sunt.129.partes ⁊.28.minuta. Et posterius scd̃m q̄ conuenerit in radice secũdum quaз agitur in hac stella quod remanet ad cõplendũ circulũ vnum ⁊ sunt.230.partes ⁊.32.minuta. Et illud est quod fuit necesse nos inuenire.



Quod autem accepimus de considerationibus antiquis:est consideratio quam firmauit thimocharides sm̃ hũc modũ in ãno tertiodecimo annoꝝ pheledicos: in mense nominato apud egyptios mesure:in die decimoseptimo eius:in hora duodecima noctis quam sequitur dies decimusoctauus vidit stellaз veneris tũ comprehendisse scd̃m veritatem super stellam fixam oppositam stelle que nominatur hec thoamites.cuius nominis intentio est apud nos precedens calcatorem vuaꝝ.⁊ hec stella apud nos est ea que est post stellaз que est super extremitatẽ ale virginis meridionalis. Et fuit locus huius stelle in anno primo annorũ Antonij super octo partes ⁊ quartam partis virginis. Et quia annus in quo fuit hec consideratio fuit annus q̃dringẽtesimus ⁊ septuagesimussextus ãnorũ nabuch.et annus primus annorũ Antonij est ãnus octingẽtesimus ⁊ octuagesimusquartus a tẽpore nabuch.erit ergo quod debetur quadringentis ⁊ octo ãnis qui sunt inter duo tempora de motu stellarũ fixarum ⁊ longitudinis lõgioris quatuor ptes ⁊ pars duodecima fere. Et manifestum est q̄ stelle veneris locus fuit in illa hora super



quatuor partes ⁊ tertiam partis virginis. et fuit longitudo propinquior orbis egredientis centri super viginti partes ⁊ medietatem ⁊ tertiam ⁊ partem duodecimam partis scorpionis. Et stella veneris in hac consideratione etiam iam pertransierat plurimū: quod est longitudinis sue matutinalis. Et illud est quia post quatuor dies ab hac consideratione in die vigesimaprima mensis mesure: in nocte quam sequitur dies vigesimus. ꝯ. cīdus: factus est locus eius scdm ꝙ dixit thimoch. scdm principia nostra quasi super octo partes ⁊ medietatem ⁊ tertiam partis virginis. Et fuit locus cursus solis medij in consideratione quidē prima. s. quā dixit prius. Et ipse consideravit eam quā diximus nūc: ⁊ est consideratio antīqua: super decem ⁊ septem partes et tertiam partis libre. In cōsideratione autem que est post eā super viginti partes ⁊. 59. minuta libre. erit ergo quod aggregatur ex longitudine in consideratione prima. 43. partes ⁊. 10. minuta. et illud quod aggregatur in illa que est post eam. 42. partes ⁊. 9. minuta. ¶ Et postquā res iste posite sunt: ponam etiam formam qualis illa est excepto ꝙ non ponam in ea orbem revolutionis nisi ab eo quod sequit' pūctum. e. quod est longitudo propinquior: propterea ꝙ cursus orbis revolutionis medij locus est super decem ⁊ septem partes ⁊ tertiam partis libre. et longitudo longior super viginti partes ⁊. 55. minuta scorpionis. Et quia propter illud erit angulus. e. b. r. scdꝫ partes quibus quatuor anguli recti sunt. 360. partes. 33. partes ⁊. 52. minuta. ⁊ scdm partes quibus duo anguli recti sunt. 360. partes. erit. 67. partes ⁊. 44. minuta. ergo arcus qui est super lineam. g. l. erit. 67. partes ⁊. 44. minuta. scdm partes quibus circulus qui describitur circa triangulū. b. g. l. ortogonū est. 360. partes. ⁊ arcus qui est super lineam. b. l. est quod remanet ad complendū semicirculum: ⁊ est. 112. partes ⁊. 16. minuta. ergo linea. g. l. vna duarū linearum que subtenduntur eis: erit. 66. partes ⁊. 52. minuta. scdm partes quib' linea. b. g. subtēdens est. 120. partes. sed linea. b. l. scdm istas partes erit. 99. partes ⁊. 38. minuta quapropter scdm partes quibus linea. b. g. est pars vna ⁊. 15. minuta. ⁊ linea. g. r. que est a centro orbis egredientis centri. 60. partes: erit linea. g. l. 42. minuta. ⁊ linea. b. l. scdm illam similitudinē pars vna ⁊ duo minuta. Et quia ex quadrato quod est ex linea. g. r. diminuto ex eo quadrato quod est ex linea. g. l. erit quadratum ꝙ est ex linea. r. l. Ergo linea. r. l. etiam in longitudine scdm istas partes erit. 60. partes fere. Et propter illud idem erit linea. b. l. equalis linee. l. m. ⁊ linea. d. m. dupla linee. g. l. erit ergo linea. r. m. reliqua. 58. partes ⁊. 58. minuta. ⁊ linea. d. m. scdm istas partes pars vna ⁊. 24. minuta. ⁊ propter illud idē erit linea. d. r. subtendēs. 58. partes ⁊. 59. minuta fere. Ergo secūduꝫ partes quibus linea. d. r. est. 120. partes: erit linea. d. m. due partes ⁊. 51. minutū. Et arcus qui est super eaꝫ erit due partes et. 44. minuta. scdꝫ partes quibus circulus qui describitur circa triangulū. d. r. m. ortogoniū est. 360. partes. quapropter angulus. b. r. d. etiam erit due partes ⁊. 44. minuta. scdm partes quibus duo anguli recti sunt. 360. partes ergo angulus. e. d. r. totus erit secūdum istas partes. 70. partes ⁊. 28. minuta. ⁊ angulus. e. d. k. ⁊ est longitudo stelle ad anterius a longitudine propinquiore scdm partes quibus quatuor anguli recti sunt. 360. partes: erit. 76. partes ⁊. 45. minuta. ⁊ scdm partes quibus duo anguli recti sunt. 360. partes: erit. 153. partes ⁊ medietas partis. erit ergo angulus. r. d. k. scdm istas partes. 83. partes ⁊ duo minuta. et arcus qui est super lineam. r. n. erit. 83. partes ⁊ duo minuta. scdm partes quibus circulus qui describitur circa triangulū. d. r. n. ortogonium est. 360. partes. Chorda igitur eius que est linea. r. n. scdm partes quibus linea. r. d. subtendens est. 120. partes: erit. 79. partes ⁊. 33. minuta. ⁊ scdꝫ partes quibus linea. d. r. est. 58. partes ⁊. 59. minuta. scꝫ secūdū partes quibus linea. r. k. que est a cētro orbis revolutionis est. 43. partes ⁊. 10. minuta. erit. 39. partes ⁊. 7. minuta. ergo scdm partes quibus linea. r. k. est. 120. ptes: erit linea. r. n. 108. partes ⁊. 45. minuta. ⁊ arcus qui est super eam erit. 130. partes fere scdm partes quibus circulus qui describitur circa triangulum. r. k. n. ortogoniū est. 360. partes. angulus igitur. r. k. n. est. 130. partes scdꝫ partes q̄bus fuit angulus. r. d. k. 83. partes ⁊ duo minuta. ergo angulus. t. r. k. totus scdm istas partes est. 213. partes ⁊ duo minuta. Iaꝫ vero ostēsum fuit ꝙ angulus. b. r. d. scꝫ angulus. b. r. t. secūdū istas partes est due partes ⁊. 44. minuta. ergo angulus. b. r. k. totus scdꝫ partes q̄bus duo anguli recti sunt. 360. partes est. 215. partes ⁊. 46. minuta. ⁊ scdm partes q̄bus quatuor anguli recti sunt. 360. partes est. 107. partes ⁊. 53. minuta. Fuit ergo in illa hora stelle veneris longitudo a pūcto. b. quod est longitudo longior orbis revolutionis comprehendens quod remansit ad complendū circulū vnū: ⁊ est. 252. partes ⁊. 7. minuta. Et illud est quod necesse fuit nobis declarare.

ET q̄a eius longitudo in hora considerationis nostre fm illud exemplum a longitudine longiore orbis revolutionis fuit. 230. partes ⁊. 32. minuta. et temporis qd̄ est inter duas cōsiderationes sūma annorū egyptiorū est. 409. anni ⁊. 167. dies fere. ⁊ reversionū diversitatis integrarū. 255. reditiones: ꝓpterea ꝙ in omnibus octo annis egyptiis sunt quasi q̄nq3 revolutiones. tūc aggregātur in quadringentis ⁊ octo annis ducente et q̄nquaginta q̄nq3 reditiones. ⁊ ex anno vno residuo cum eo ꝙ superfluit super ipsum ex diebus non completur tēpus reditionis vnius. Iam ergo apparet nos

bis q̄ in 409. ānis egyptijs ꝛ. 167. diebus superfluit stella veneris post ducentas ꝛ qua ḡgintaqnq̄ꝫ reuolutiões itegras diuersitatis in orbe reuolutionis trecentis ꝛ triginta octo partibus ꝛ vigintiq̄nq̄ꝫ minutis. ꝛ illud est sūma quam addidit locus eius in tempore nostro super locū eius in consideratione antecedēte. Et fortasse contingit vt hec sit sūma que euenit nobis de partibus superfluitatis in tabulis etiā quas premisimus ꝛ posuimus motuū mediorum: propterea q̄ earū verificatio non completur nisi propter superfluitatē que reperitur post reuolutiones: vt totū tempus fiat dies ꝛ reuersiones reuolutionum cum superfluitate partes. Cum enim diuiserimus numerū harū partium per numerum hoꝝ dierū verificabitur motus medius diuersitatis in die vno: quam premisimus ꝛ posuimus in tabula stelle veneris.

¶ Capitulum quintū de loco reuolutionum motuum stelle veneris.





Et quia iam remansit nobis equatio locorum reuolutionū motuū huius stelle etiam in anno primo annorū nabuch. in mense thut ex mēsibus egyptiorū in die primo eius in medietate diei tūc nos accepimus etiam tempus quod fuit in eo quod fuit inter illam horam ꝛ inter horam antiquioris duarū considerationū. ꝛ fuit eius sūma q̄dringenti ꝛ septuagintaq̄nq̄ꝫ anni ex ānis egyptiis: ꝛ trecenti et q̄dragintasex dies ꝛ medietas ꝛ q̄rta diei fere. Et opponitur hoc tempus in areis diuersitatis superfluitatis. scd̄ꝫ motū mediū. 181. parti fere. Cū ergo nos minuerimus illud de partibus que prouenerūt in illa consideratione: ꝛ sunt. 252. partes ꝛ. 7. minuta proueniet nobis locus diuersitatis in āno primo annoꝝ nabuch. in mense thut apud egyptios: in die primo eius: in medietate diei super. 71. partem ꝛ. 7. minuta a longitudine longiore orbis reuolutionis scd̄m q̄ motus medij in longitudine locus eius sit locus solis ipsius. ꝛ est super. 45. minuta piscis ꝛ manifestum est q̄ longitudo longior quando fuerit in consideratione super viginti partes ꝛ. 55. minuta tauri: ꝛ fuerit illud quod pertinet q̄dringentis ꝛ septuagintasex ānis fere. illud quod est in eo q̄d est inter duas horas q̄tuor partes ꝛ medietas ꝛ q̄rta partis tunc longitudo longior erit in illa hora que posita est loco super. 16. partes ꝛ. 10. minuta tauri.

¶ Capitulum sextum in eo quod necessarium est vt premittatur ꝛ sciatur in demonstrationibus que sunt in alijs stellis.



In his autem duabus stellis: scilicet stella mercurij ꝛ stella veneris per hec capitula pduximus radices scd̄m q̄s agitur in eis: ꝛ declarauimus diuersitates earum. Sed stellaꝝ trium reliq̄rum. scꝫ stelle martis: ꝛ stelle Jouis: et stelle Saturni inuenimus radicem scd̄m quam agitur in motibus earū vnam similem radici que pducta est in stella veneris. scꝫ radicis in qua fit vt orbis egredientis centri: super quē reuoluitur semper centrum orbis reuolutionis: nō describatur nisi super centrū existens pūctum quod diuidit in duo media lineam que est inter centrū orbis signorū ꝛ inter centrū orbis qui facit reuolutionem orbis reuolutionis eq̄lem. In vnaq̄q̄ꝫ enim harum stellarū peruenit secūdū apparitionem considerationis q̄d inuenitur de egressione a centro scd̄m plurimū quod est superfluitatis propter diuersitatem comparatā ad orbem signorū propinquū duplo egressionis a centro. cuius eq̄tio est propter quātitates longitudinis in maiore eius latitudinū ꝛ minore: que fuerint orbis reuolutionis. Nos autem in productione demonstrationū q̄bus inueniūtur quātitates cuiusq̄ꝫ duarū diuersitatū et longitudinis longioris in vtraq̄ꝫ earū non inuenimus semitam qua procedamus in his tribus stellis sicut inuenimus viam qua processimus in illis duabus stellis: propterea q̄ he stelle iam elongantur a sole longitudine tota et non apparet ex cōsiderationibus sicut apparuit in maiore longitudine in stella mercurij ꝛ stella veneris quando stella fit super locū super quem contingit linea egrediens a visibus nostris orbem reuolutionis. Ergo q̄r nō inuenimus ad illud viā fecimus cōsiderationes in q̄bus repiūtur ad sciēdū stelle opposite cursui solis medio per diametrū ꝛ fabricauimus ꝛ ostendimus eas prius propter causam egressionis a centro: et longitudinis longioris in vnaq̄q̄ꝫ earū. Et nos neq̄ꝫ vsi fuimus his considerationibus nisi q̄a in eo cuius est hic modus tantū cursus stellarū: inuenimus diuersitatem comparatam ad orbem signoꝝ solitariam secūdū seipsam. Non enī cadit ex eo tūc aliq̄d superfluitatis propter diuersitatem que est per cōsiderationem ad solē. Sit ergo stelle orbis centri egredientis: super quem reuoluitur centrū orbis reuolutionis a. b. g. circa centrū. d. et sit diameter que transit per longitudinem longiorem. a d. g. et pūctū. e. super quod est centrū orbis signorū ꝛ pūctū. r. centri orbis egredientis centri super quē videtur cursus orbis reuolutionis medius in longitudine: ꝛ describam circa pūctū. b. orbē reuolutionis: supra quem sint. b. t. k. l. ꝛ producam lineam. r. l. b. t. ꝛ lineam. h. b. k. e. m. Dico






Igitur palmū: q̄ quando stella videbitur super lineā; .e.b.h. que transit per pūctū .b. ⁊ est cē trū orbis reuolutionis .tūc cursus solis medius erit semper super illam eandem lineam .et q̄ stella cū sit super pūctū .b. erit concurrens soli per cursū suū mediū: ⁊ videbitur per cursum suū mediū apud pūctū .b. et cū sit super punctū .k. erit cū eo scd̄m diametꝛ per cursum suū mediū: ⁊ videbitur apud pūctū .m. ℂ Quod sic probatur. q̄a propterea q̄ ex longitudine que est inter vnamquāq̄ harū stellarū inter longitudinem longiorem in longitudine ⁊ inter ipsam: ⁊ inter longitudinem longiorem in diuersitate: cū aggregatur: est cursus solis medius ab illo eodem principio. Et superfluitas que est inter angulū qui est apud pūctū .r. ⁊ est ille qui comprehendit motū stelle eq̄lem in longitudine: ⁊ inter angulū qui est apud pūctū .e. ⁊ est qui comprehendit motū qui videtur existens semper angulus qui est apud pūctū .b. ⁊ hic angulus comprehendit cursum eius eq̄lem in orbe reuolutionis sue. Tunc manifestū est q̄ cū stella fuerit apud pūctū .b. erit diminuta ex reuersione ad punctū .t. qd̄ est longitudo longior scd̄m angulū .h.b.t. Cū ergo comparatur illud ad angulū .a.r.b. scꝫ cū auferatur hic angulus ex angulo .a.r.b. prouenit angulus quo continetur cursus solis medius qui est angulus .a.e.b. ⁊ ipse idem est angulus visionis stelle. Et cū stella fuerit super pūctū .k. erit etiam iam mota in orbe reuolutionis sue scd̄m angulū .t.b.k. ergo cū comparabitur seu adiūgitur iste angulus ad angulū .a.e.k. erit ex eo cursus solis medius a pūcto .a. qd̄ est longitudo longior cōprehendens medietatē circuli ⁊ cū ea angulū .a.e.k. diminuto ex eo angulo .a.b.k. scꝫ angulū .g.e.m. et erit tūc sol per cursū suū mediū sup diametꝛ cursus stelle que videtur. Quapropter erit fm̄ illud qd̄ curris hoc cursu figurarꝫ linea que protrahitur a pūcto .b. scꝫ a cētro orbis reuolutionis ad stellam ⁊ lineam que progreditur a pūcto .e. ⁊ est super visus nostros ad solem per cursum suū mediū coniūcte simul fm̄ rectitudinē. ℂ In reliq̄s aūt longitudinibus omnibus locus earū diuersificatur. sed tamen ipse semper erunt eq̄distantes. Et illud est: quoniam si nos protraxerimus in forma simili huic in quocūq̄ volueris loco a pūcto .b. lineā rectā ad stellam. sicut linea .b.n. ⁊ a pūcto .e. ad solem per cursū suū mediū lineam rectam. sicut linea .e.f. tūc angulus .a.e.f. erit per id qd̄ precessit eq̄lis angulo .a.r.t. ⁊ angulo .t.b.n. coniūctis. ⁊ angulus .a.r.t. eq̄lis angulo .a.e.b. ⁊ angulo .h.b.t. cōiūctis. Quapropter erit angulus .a.e.f. eq̄lis angulo .a.e.b. ⁊ angulo .h.b.n. toti coniūctis .s. in oppositionibus. Cū ergo minuetur angulus .a.e.b. cōis: erit angulus .b.e.f. reliquus eq̄lis angulo .h.b.n. reliquo. linea igitur .e.f. erit eq̄distans linee .b.n. Et q̄a in his speciebus figurarū q̄ dicitur cōiūctionales. q̄rū sunt ille que nominantur extremitas noctis. que videntur per comparationem ad cursum solis mediū: inuenimus stellā videri scd̄m lineam rectam que transit per centrū orbis reuolutionis sicut videretur si non esset motus eius super orbem reuolutionis omnino: sed esset ipsa eadem posita super circulū .a.b.g. ⁊ linea .r.b. reuolueret eam eq̄liter sicut reuoluit centrū orbis reuolutionis. Tūc manifestū est q̄ iā preparata est per hos cursus declaratio proportionū diuersitatis cōparate ad orbē signorꝫ que est propter egressionē a centro. Et postquā figure coniūctionales sunt non ordinate: tūc iā opꝫ vt laboremus in semita demōstrationū habitudinū que nominantur extremitas noctis.

ℂ Capitulū septimū in ostensione sūme egressionis stelle martis a centro ⁊ longitudinis eius longioris.





Uéadmodū autē nos in luna accepimus loca triū eclypsiū ex eclypsibus eius: et tempora earꝫ. ⁊ declarauimus per semitas linearꝫ pportionem diuersitatis eius: ⁊ locū longitudinis eius lōgioris. Silr etiā hic considerauimus tres habitudinū que nominantur extremitas noctis oppositas soli .i. cōdiametrales soli per cursum suū medium in vnaq̄q̄ harū triū stellarū. ⁊ verificauimus loca earū in vltimo subtilis inq̄sitionis put potuimus cū instrumento consideratiōis ⁊ verificauimus et tēpus cōdiametratiōis: ⁊ locū eius: ad augmētandā subtilitatē in eis ppter cursus solis medios in cōsideratiōibus. et declarauimus per illud quātitatē egressionis a centro: ⁊ longitudinis lōgioris in eis. Accepimus itaq̄ pmū in stella martis tres hitudinū q̄ noiantur extremitas noctis. Quarꝫ primā cōsiderauimus in āno q̄ntodecimo ānorꝫ Adriani: in mēse tobi apud egyptios. in die vigesimosexto eius: in nocte quā seq̄tur dies vigesimusseptimus: post vnā horarꝫ eq̄liū a medietate noctis. Et fuit stella in vigesimaprima pte geminorꝫ. Et fuit ɔsideratio scd̄a in anno decimonono ānorꝫ adriani in mēse pharmoti apud egyptios: in die sexto eius. in nocte quā seq̄tur dies septimus añ medietatē noctis tribus horis. ⁊ fuit in .28. ptibus ⁊ .50. minutis leonis. Et ɔsideratio tertia fuit in āno scd̄o ānorꝫ antonij in mēse athica apd̄ egyptios in die duodecimo in nocte quā seq̄tur dies tertiusdecimus añ medietatē noctis duabus horis eq̄libus et fuit in duabus ptibus et .33. minutis sagittarij. Duorꝫ vero tēporꝫ duarꝫ longitudinū sūma eius: scꝫ qd̄ est ab habitudine pma ad habitudinē scd̄am fuit q̄tuor āni egyptij et sexagintanouem dies ⁊ .20. hore eq̄les. Et eius q̄dē qd̄ fuit ab habitudine scd̄a ad hitudinē tertiā fuerunt q̄tuor āni etiā egyptij ⁊ nonagintasex dies et hora vna eq̄lis. Prouenerūt ergo ex tēpore lō-

gitudinis prime post reuolutiones integras longitudinis ex motu medio stelle martis. 81. pars 2.44. minuta. Et prouenerūt ex tempore longitudinis secūde propter motum mediū in longitudine etiā. 95. partes 2.28. minuta. Quūis enim ponamus nūerationē nostrā motuū medioꝝ in eo tempore cuius quātitas est cū reuersionibus reuolutionū que ponitur scōm crossitudinē nūerationis: non tamen propter illud continget diuersitas: de qua sit curandū. Et manifestū est ꝙ in longitudine prima fuit stella iam mota scōm visum post reuolutiones integras. 67. partibus 2.50. minutis. et in longitudine secūda. 93. partibus 2.44. minutis. ¶ Signabo itaqꝫ in superficie orbis signoꝝ tres circulos equales sitqꝫ orbis vnus eorum orbis qui reuoluit centrū orbis reuolutionis martis. et sit. a. b. g. circa pūctū. d. ꝛ alius orbis egredientis centri qui est equalis motus: ꝛ ipse est. e. r. b. circa pūctum. t. et tertius orbis cuius centrū est centrum orbis signorū ꝛ est. k. l. m. circa centrū. n. ꝛ sit diametrus que transit per centra omnia. f. q f. c. et ponam vt pūctum. a. sit pūctum super quod fuit centrū orbis reuolutionis in habitudine prima que nominatur extremitas noctis. ꝛ pūctum. b. pūctum super qd̄ fuit in habitudine secūda. ꝛ pūctum. g. super quod fuit in habitudine tertia ꝛ applicentur linee. t. a. e. et. t. b. r. et. t. b. g. et. n. k. a. et. n. l. b. et. n. g. m. Erit ergo arcus. e. r. orbis centri egredientis etiā partes longitudinis reuolutionis prime: ꝛ sunt. 81. pars 2.44 minuta. ꝛ arcus. r. b. partes longitudinis reuolutionis secūde. et sunt. 95. partes 2.28 minuta. ꝛ arcus. k. l. etiā orbis signoꝝ partes longitudinis prime que videtur et sunt. 67. partes 2.50. minuta. et arcus. l. m partes longitudinis scōe. ꝛ sunt. 93. partes 2.44. minuta. Si enim duobus arcubus. e. r. et. r. b. orbis egredientis centri subtenderentur duo arcus. k. l. et. l. m. orbis signorum: non indigeremus demōstratione cause egressionis a centro aliqua re maiore illo. Sed qa hi duo arcus orbis signorū non subtendūtur nisi duobus arcubus. a. b. et. b. g. orbis egredientis centri medij. ꝛ ipsi sunt non dati. ꝛ cū nos cōiunxerimus lineas. n. r. e. et. n. o. r. et. n. b. i. non erūt duo arcus qui subtenduntur duobus arcubus. e. r. et. r. b. orbis egredientis centri nisi duo arcus p. o. et. o. i. orbis signorū ꝛ hi duo arcus etiā non sunt dati. tūc manifestū est ꝙ necessariū est primum vt sint sectiones superfluitatis: et sunt arcus. k. p. et. l. o. et. m. i. date. vt declaratur veritas quātitatis egressionis a centro ex eo quod est inter duos arcus. e. r. et. r. b. separatos: ꝛ inter duos arcus. p. o. et. o. i.




Sed qa etiam non est possibile vt sciātur hi duo arcus: scōm veritatem ita vt nisi sciatur ante illud quātitas egressionis a centro ꝛ longitudinis longioris ꝛ iam est possibile vt sciantur scōm propinquitatem: quūis non precedat eos scia illius: propterea ꝙ non cadit in eis ex diuersitate aliquid magnum. tunc nos ostendemus quo causam in nostra nūeratione eorū scōm hoc ꝙ non cadit inter duos arcus. k. l. et. l. m. et inter duos arcus. p. o. et. o. i. diuersitas cui sit quātitas de qua sit curandū. Sit itaqꝫ orbis centri egredientis qui est cursus martis medij: super quem sint. a. b g. ꝛ sit pūctū. a. punctū habitudinis prime: que nominatur extremitas noctis. ꝛ pūctum. b pūctum habitudinis secūde. ꝛ pūctum. g pūctum habitudinis tertie ꝛ assumatur intra ipsum centrū orbis signorum ꝛ est illud super quod sunt visus nostri: ꝛ sit pūctum. d. ꝛ applicabo semper lineas rectas a pūctis tribus qui sunt habitudinum nominataꝝ extremitas noctis: ꝛ a puncto visus. sicut coniungitur hic linea. a. d. ꝛ linea. b. d. ꝛ linea. g. d. et protrahabam omnino vnam triū linearū que iam posite sunt scōm rectitudinem ad arcū oppositū arcui a quo protrahitur sicut protrahitur hic linea g. d. e. ꝛ copulabo inter duo pūcta reliqua pūctorū habitudinum triū: sicut cōiungit hic linea. a. b. ꝛ coniugantur inter sectionem que prouenit in orbe egredientis centri super lineam que protrahitur scōm rectitudinem sicut pūctum. e. hic ꝛ inter duo pūcta reliqua linee punctoꝝ habitudinum triū sicut coniūgit hic linea. e. a. ꝛ linea. e. b. ꝛ protrahabam ab. e. super duas lineas que coniungūt inter illa duo pūcta et inter centrum orbis signorum duas perpendiculares. sicut protrahūtur hic super lineam. a. d. perpendicularis. e. r. ꝛ super lineam. b. d. perpendicularis. e. b. ꝛ protrahabam etiam ab vno illorū duoꝝ pūctoꝝ perpendicularem super lineam que contingit inter pūctū aliud eorū ꝛ inter punctum additum quod prouenit in orbe egredientis centri. sicut hic a pūcto. a. super lineam. b. e. perpēdicularis. a. t. Cum ergo seruauerimus has res semper scōm habitudinem suam in forma simili huic: scōm quēcūqꝫ modum voluerimus: inueniemus proportiones que prouenerunt nobis scōm nūeros proportiones easdem. Residuū autem demonstrationis estimatur arcuum quos posuimus in marte scōm hūc modū. Quoniam arcus. b. g. orbis centri egredientis iam positus est subtendi orbi signorū. 93. partibus 2.44 minutis. et qꝛ angulus. b. d. g. cum fuerit apud centrum orbis signorū. erit scōm partes quibus quatuor anguli recti sunt. 360. partes. 93. partes 2.44. minuta. Et secūdū partes qbus duo anguli recti sunt. 360. partes erit. 187. partes 2.28. minuta. Erit angulus qui sequitur eū: ꝛ ipse est angulus. e. d. b. scōm istas partes. 172. partes 2.32. minuta. Ergo arcus qui est super lineam. e. b. erit propter illud. 172. partes 2.32. minuta. scōm partes quibus circulus qui describitur circa triāgulū. d. e. b. orthogoniū est. 360. partes. et linea. e. b. erit. 119. partes 2.45. minuta. scōm partes quibus. e. d. subtendens est. 120. partes. Et similiter etiam propterea ꝙ arcus. b. g. est.





95.partes ⁊.28.minuta.erit angulus.b.e.g.cū fuerit apud arcum.95.partes ⁊.28.minuta.scōꝫ partes qbus duo anguli recti sunt.360.partes.et secūdū istas partes fuit angulus.b.d.e.172.partes ⁊.32.minuta.Erit ergo angulus.e.b.b.qui est reliquus:scōm istas partes.92.partes.Quapropter erit arcus qui est super lineam.e.b.92.partes scōm partes qbus est circulus qui describitur circa triāgulum.b.b.e.ortogoniū.360.partes.⁊ linea.e.b.erit.86.partes ⁊.19.minuta.scōm partes qbus linea.b.e.subtendēs est.120.partes.Ergo scōm partes qbus declaratur ꝙ linea.e.b.est.119.partes ⁊.45.minuta.⁊ linea.e.d.secūdū illud exemplū est.120.partes.erit linea.b.e.166.partes ⁊.29.minuta.Et etiam qa arcus.a.b.g.totus orbis centri egredientis iam positus est subtendi orbis signoꝶ partibus aggregatis ex duabus longitudinibus simul:⁊ sunt.161.partes ⁊.34.minuta.erit angulus.a.d.g.161.pars ⁊.34.minuta.scōm partes qbus quatuor anguli recti sunt.360.partes.et angulus.a.d.e.reliquus scōm istas partes erit.18.partes ⁊.26.minuta.Sed scōm partes qbus duo anguli recti sunt.360.partes:erit.36.partes ⁊.52 minuta.Quapropter erit arcꝰ etiam qui est super lineam.e.r.36.partes ⁊.52.minuta.scōm partes qbus circulus qui describitur circa triangulū.e.d.r.ortogoniū est.360.partes.et erit linea.e.r.37.partes ⁊.57.minuta.scōm partes qbus linea.d.e.subtendens est.120.partes.Et similiter etiam qa arcus.a.b.g.orbis centri egredientis comprehendit.177.partes ⁊.12.minuta.erit etiam angulus.a.e.g.177.partes ⁊.12.minuta scōm partes qbus duo anguli recti sunt.360.ptes.Sed sꝫ istas ptes fuit angulus.a.d.e.36.partes ⁊.52.minuta.ergo angulus.d.a e.reliquꝰ scōm istas partes erit.145.ptes ⁊.56.minuta.Quapropter erit arcus qui est super lineaꝫ.e.r.145.partes ⁊.56.minuta.scōm partes qbus circulus qui describitur circa triangulū.a.e.r.ortogonium est.360.partes.Et erit linea.e.r.114.partes ⁊.44.minuta.scōm partes qbus linea.a.e.subtendens est.120.partes.ergo scōm partes qbus demonstratum est ꝙ linea.e.r.scōm eas est.37.partes ⁊.57.minuta.⁊ linea.e.d.est.120.partes.erit linea.a.e.39.partes ⁊.42.minuta.Et etiam qa arcus.a.b.orbis egredientis cētri est.81.partes et.44.minuta.erit etiam angulus.a.e.b.81.partes ⁊.44.minuta scōm partes quibus duo anguli recti sunt.360.partes.erit ergo propter illud arcus qui est super lineaꝫ.a.t.81.partes ⁊.44.minuta.scōm partes quibus circulus qui describitur circa triangulū.a.e.t.ortogoniuꝫ est.360.partes.⁊ arcus qui est super lineam.e.t.est quod remanet ad complendū semicirculūꝫ ⁊ est.98.partes ⁊.16.minuta.Ergo linea.a.t.vna duarū linearū que subtendunt eis: erit.78.partes ⁊.31.minuta.scōm partes qbus linea.d.e.subtendens est.120.partes.et erit linea.e.t.scōm istas partes.90.partes ⁊.45.minuta.Quapropter scōm partes qbus ostēsuꝫ est ꝙ linea.a.e.est.39.partes ⁊.42.minuta.⁊ qbus linea.d.e.posita est.120.partes:erit linea.a.t.25.partes et.58.minuta.⁊ linea.e.t.scōm illud exemplū.30.partes ⁊ duo minuta.Et scōm istas partes fuit ostēsum ꝙ linea.e.b.tota est.166.partes ⁊.29.minuta.Ergo linea.b.t.reliqua est.136.partes ⁊.27.minuta.scōm partes qbus fuit linea.a.t.25.partes ⁊.58.minuta.⁊ quadratū qḋ est ex linea.t.b.est.18618.ptes ⁊.36.minuta et quadratum quod est ex linea.t.a.scōm hoc exemplū erit.674.partes ⁊.16.minuta.Et cum hec aggregantur:est ex eis q̄dratuꝫ ꝙ est ex linea.a.b.et est.19292.partes et.52.minuta.linea ergo.a.b.in longitudine est.138.partes et.53.minuta.scōm partes qbus fuit linea.e.d.120.ptes.et linea.a.e.39.partes ⁊.42.minuta.⁊ scōm partes qbus diametrꝰ orbis egredientis cētri est.120.partes:erit linea.a.b.78.partes ⁊.31.minutū.⁊ illud est quod subtenditur arcui existenti.81.partes ⁊ 44.minuta.ergo scōm partes quibus linea.a.b.est.78.partes et 31.minutum.Et diametrꝰ orbis centri egredientis.120.partes erit linea.e.d.67.partes ⁊ 50.minuta.⁊ linea.a.e.erit scōm eas.22.partes ⁊.27.minuta.Erit ergo arcus qui est super eam orbis egredientis centri.21.pars ⁊.41.minutū.arcus ergo.e.a.b.g.totus est.198.ptes ⁊.53.minuta.ergo arcus.g e.reliquus est.161.pars et septeꝫ minuta.Et erit linea que subtenditur ei:⁊ est linea.g.d.e.118.partes ⁊.22.minuta.scōm partes qbus diametrꝰ orbis egredientis centri est.120.partes.Tūc si linea.g.e.esset iam inuenta equalis diametro orbis centri egredientis:manifestum esset ꝙ super eam caderet cētrū circuli.a.b.g.qḋ est centruꝫ egrediens ⁊ appareret e vicino egressus eius a centro.Sed qa non cecidit ei equalis imo posita est portio.e.a.b.g.maior semicirculo.nūc facile apparet ꝙ cētꝛ orbis egredientis centri cadit intra hanc portionem.Ponam ergo vt sit pūctū.k.⁊ protraham super ipm ⁊ super pūctū.d.diametrum que transit per centꝛ:sitqꝫ linea.l.k.d.m.⁊ producam a pūcto.k.super lineam.g.e.perpendicularem.k.r.s.Et qa iam ostensum est ꝙ linea.g.e.est.118.ptes ⁊.22.minuta.scōm partes qbus diametrꝰ.l.m.est.120.partes.⁊ scōm has partes fuit linea.d.e.67.partes ⁊.50.minuta.Tūc linea.g.d.reliqua erit scōm illas partes.50.partes ⁊.32.minuta.Quapropter erit ppterea ꝙ superficies ortogonia que continet ab his duabus lineis.e.d.et.d.g.est equalis ei que continetur ab his duabus lineis.l.d.et.d.m.Sed superficies ortogonia que cōtinetur ab his duabus lineis.e.d.et.g.d.est.3427.partes ⁊.51.minuta.Ergo superficies que continetur ab his duabus lineis l.d.et.d.m.est.3427.partes ⁊.51.minuta.Superficies vero ortogonia que continetur ab his duabus lineis.l.d.et.




d.m.cū q̄drato quod est ex linea.d.k.est equalis quadrato quod est ex medietate linee totius.scꝫ q̄drato quod est ex linea.k.m.Si nos ergo minuerimus ex q̄drato medietatis linee quod est.3600 partes superficiem que continetur ab his duabus lineis l.d et d.m.et est.3427.partes ꝛ.51 minuta remanebit nobis q̄dratū quod est ex linea.d.k.scōm istas partes.172.partes ꝛ.9.minuta.Euenit ergo nobis linea.d.k.et est ea que est inter duo cētra in longitudine.13.partes et.7.minuta fere:fm partes q̄bus linea.k.l.que est a centro orbis egredientis centri est.60.partes.Et etiam q̄a medietas linee.g.e.scilicet linea.g.r.et est.59.partes ꝛ.11.minuta scōm partes q̄bus diametrus.l m est.120.partes.ꝛ scōꝫ istas partes est ostēsum ꝙ linea.g.d.est.50.partes et.32.minuta.Tunc linea.d.r.reliq̄ est octo partes ꝛ.39.minuta Ergo secundum partes q̄bus linea.d.k.subtendens est.120 partes erit linea.d.r.79.partes ꝛ octo minuta et arcus qui est super eam erit.82.partes ꝛ.30.minuta.secūdum partes q̄bus circulus qui describitur circa triangulū d k.r.ortogoniuꝫ est.360.partes.ergo angulus.d.k.r.scōm partes q̄bus duo anguli recti sunt.360.partes est.82.partes ꝛ.30.minuta ꝛ secūdum partes q̄bus q̄tuor anguli recti sunt.360.partes erit.41.pars et.15.minuta.Et q̄a ipse est apud centrū orbis egredientis centri: tunc arcus.m.h.prouenit nobis.41.pars et.15.minuta.Sed arcus.g.m.l.totus:q̄a est medietas arcus.g.l.e.erit secūduꝫ istas partes.80.partes ꝛ.34.minuta.ergo arcus.g.m.reliquus et est ille qui est ab habitudine tertia ad longitudinem propinquiorem:est.39.partes et.19.minuta.et arcus.l.g.est quod remansit de medietate circuli et est.140.partes et 41.minuta.ꝛ apparet ꝙ arcus.b.g.cū fuerit positus.95.partes ꝛ.28.minuta.tūc arcus.l.b.reliquus ꝛ est ille qui est a longitudine longiore ad habitudinem secūdam:erit.45.partes ꝛ.13.minuta.Et q̄a fuit iam positus arcus.a.b.81.pars et.44.minuta.tunc arcus.a.l.reliqu⁹:ꝛ est ille qui est ab habitudine prima ad longitudinem longiorem est.36 partes ꝛ.31.minutum.


Et q̄a iam explanate sunt iste res.tūc ingrediamur sūmam superfluitatuꝫ ex q̄bus comprehendūtur arcus q̄siti in vnaq̄q; habitudinum que nominatur extremitas noctis orbis signoꝝ scōm hunc modum.Ponam igitur figure quā premisimus ꝛ signauimus habitudinum triū:descriptionem habitudinis prime solūmodo.et applicabo in ea lineam.a.d.et protraham a duobus pūctis.d.et.n.duas perpendiculares.d.l.et.n b.super lineam.a.t.cū producetur.et q̄a arcus.s.e.est.36.partes ꝛ.31.minuta.erit angulus e.t.s.scōm partes q̄bus q̄tuor anguli recti sunt.360.partes.36.partes ꝛ.31.minuta.Et secūdum partes q̄bus duo anguli recti sunt.360.partes erit ipse angulus qui est super caput eius:ꝛ est angulus.d.t.l.73.partes et duo minuta.Quapropter erit arcus qui est super lineam.d.l.73.partes ꝛ duo minuta.scōm partes q̄bus circulus qui describitur circa triangulū.d.t.l.ortogoniuꝫ est.360.partes.et erit arcus qui est super lineā.l t.illud quod remanet ad complendū semicirculū:ꝛ est.106.partes ꝛ.58.minuta.ergo linea d.l.vna duarum linearum que subtenduntur eis.erit.71.partes ꝛ.23.minuta.secūdū partes q̄bus linea.d.t.subtendens est.120.partes.et linea.l.t.scōm istas partes.96.ptes ꝛ.27.minuta.Ergo secūdum partes q̄bus linea.d.t.est.6.partes ꝛ.33.minuta.ꝛ medietas est linea.d.a.que est a centro orbis egredientis centri:est.60.partes:erit linea q̄dem.d.l.3.partes et.54.minuta.ꝛ linea.l.t.similiter.5.partes ꝛ.16.minuta.Et q̄a cum q̄dratum qđ est ex linea.l.d.minuitur ex q̄drato quod est ex linea.d.a.est ex eo q̄dratuꝫ qđ est ex linea.l.a.erit linea.l.a.etiam in longitudine.59.partes ꝛ.52.minuta ꝛ erit linea.b.a.tota propterea ꝙ linea.l.b.est eq̄lis linee.l.t.65.partes ꝛ octo minuta.secūduꝫ partes q̄bus linea.n.b.q̄a est dupla linee.d.l.comprehēdit.7.partes ꝛ.48.minuta.Quapropter erit linea.n.a.subtendens scōm istas partes.65.partes ꝛ.36.minuta.ergo secūdum partes q̄bus linea.n.a.subtēdēs est.120.partes erit linea.n.b.14.partes ꝛ.16.minuta ꝛ arcus qui est super eā.13.partes ꝛ.40.minuta.secūdum partes q̄bus circulus qui describitur circa triangulum.a.n.b.ortogonium est.360.partes q̄propter erit angulus.n.a.b.13.partes ꝛ.40.minuta.secūdum partes q̄bus duo anguli recti sunt.360.partes.Et etiam q̄a secūdum partes quibus linea.t.e.que est a centro orbis egredientis centri:est.60.partes.et iam ostēsum est:ꝙ linea.n.b.est septem partes ꝛ.48.minuta.ꝛ linea.b.t.scōm hoc exemplꝫ est.10.partes et 32.minuta.erit linea.b.t.e.tota secūdum hoc exemplū per has partes.70.partes ꝛ.32.minuta.et propter illud erit.e.n.subtendens.71.pars fere.et secūdū partes q̄bus linea.n.e.ē.120.ptes:erit linea.n.b.13.ptes et.10.minuta et arcus qui est super eā.12.partes et.36.minuta.scōm ptes q̄bus circulus qui describit᷑ circa triangulū.e n.b.ortogoniū ē.360.ptes.Quapp erit angulus.n.e.b.etiā.12.ptes et.36.minuta.fm ptes q̄bus duo anguli recti sunt.360.ptes.Sed fꝫ istas ptes fuit angulus.n.a.9 13.ptes et.40.minuta.ergo angulus.a.n.e.reliqu⁹ secūdum partes q̄bus duo anguli recti sunt.360.partes:erit pars vna et q̄tuor minuta.Et scōm partes q̄bus q̄tuor anguli recti sunt.360.partes:erit.32.minuta.hoc igitur est sūma arcus.i.r.orbis signorū partium.

Ponam itaq; huius figure similem:et ponam ipsam formam habitudinis secūde.Et q̄a arcus.r.s.iam positus fuit.45.partes et.13.minuta.erit angulus.s.t.r.

etiam secundum partes quibus quatuor anguli recti sunt. 360 partes. 45. partes et
13. minuta. Et secundum partes quibus duo anguli recti sunt. 360 partes: erit ipse et
angulus qui est super caput eius qui est angulus. d. t. l. 90. partes et. 26. minuta. Erit ergo pro-
pter illud arcus etiam qui est super lineam. d. l. 90. partes et. 26. minuta. secūdū partes qui-
bus circulus qui describitur circa triangulū. d. t. l. ortogoniū est. 360. partes. et arcus qui
est super lineam. l. t. est quod remanet ad complendū semicirculū: et est. 89. partes et. 34.
minuta. Linea igitur. d. l. vna duarum linearum que subtenduntur eis: est. 85. partes et. 10.
minuta. secūdum partes quibus linea d. t. subtendens est. 120. partes. et linea. l. t. scdm istas
partes est. 84. partes et. 32. minuta. Quapropter scdm partes quibus linea. d. t. est sex partes
et. 33. minuta et medietas Et linea r. t. que est a centro orbis egredientis centri est. 60. par-
tes: erit linea. d. l. quatuor partes et. 39. minuta. et linea. l. t. secūdum hoc exemplū pars vna
et. 38 minuta. Et quia ex quadrato quod est ex linea. d. l. diminuto ex quadrato quod est ex li-
nea. d. b. erit quadratum quod est ex linea. l. b. Tunc linea. l. b. in longitudine est. 59. partes
et. 49. minuta Et erit linea. b. h tota propterea quod linea. h. l est equalis linee. l. t. 64. partes et
27. minuta. secūdum partes quibus linea. h. n. que est dupla linee. d. l. comprehendit. 9. par-
tes et. 18. minuta. et propter illud linea. b. n. subtendens est secūdum illas partes 65. par-
tes et sex minuta. Ergo scdm partes quibus linea. b. n. est. 120. partes: erit linea. n. h. 17. par-
tes et. 9. minuta. Et erit arcus qui est super eam. 16. partes et. 26. minuta. secūdum partes
quibus circulus qui describitur circa triangulū. b. n. h. ortogonium est. 360. partes. Quapro-
pter erit angulus. n. b. h. etiam. 16. partes et. 26. minuta. secūdum partes quibus duo anguli
recti sunt. 360. partes. Et etiam quia secūdum partes quibus linea. t. r. que est a centro orbis
centri egredientis: est. 60. partes: et iam ostēsum est quod linea. n. h. est nouem partes et. 18.
minuta. Et linea. h. t. secūdum illud exemplum est nouem partes et. 16. minuta. erit linea.
h. t. r. tota secūdum istas partes. 69. partes et. 14. minuta. Et propter illud erit linea. n. r. sub-
tendens 69 partes et 51. minuta. Ergo secundum partes quibus linea. n. r. subtendens est.
120 partes: erit linea. n. h. 16. partes fere. Et erit arcus qui est super eam. 15. partes et. 20.
minuta. secūdum partes quibus circulus qui describitur circa triangulū. n. r. h. ortogonium
est. 360. partes. erit ergo propter illud angulus. n. r. h. etiam 15. partes et. 20. minuta. secū-
dum partes quibus duo anguli recti sunt. 360. partes. et erit angulus. b. n. r. reliquus secun-
dum istas quidem partes pars vna et sex minuta et secūdum partes quibus quatuor anguli re-
cti sunt. 360. partes: erit ipse. 33. minuta hec igitur est sūma arcus. i. o. orbis signorū par-
tium Et quia inuenimus in habitudine prima arcum. l. r. 33. minuta. Tunc manifestum est
quod longitudo prima que est secūdum orbem centri egredientis: est maior longitudine que
videtur secundum partes amborum arcuum. et est pars vna et quinque minuta: et quod eius sum-
ma est. 68. partes et. 55. minuta.



Donam autem formam habitudinis tertie etiam et quia arcus. f. b. positus est. 39.
partes et. 19. minuta. Erit angulus. f. t. b. etiam secūdum partes quibus quatuor an-
guli recti sunt. 360. partes. 39. partes et. 19. minuta. et secūdum partes quibus
duo anguli recti sunt. 360. partes. 78. partes et. 38. minuta: erit ergo propter il-
lud arcus qui est super lineam. d. l. 78. partes et. 38. minuta secūdum partes quibus circulus
qui describitur circa triangulū. d. t. l. ortogoniū est. 360. partes. Et erit arcus qui est super li-
neam. t. l. illud quod remanet ad complendū semicirculū. et est. 101. partes et. 22. minuta.
Linea igitur. d. l. vna duarū linearum que subtenduntur eis est. 76. partes et duo minuta. se-
cūdum partes quibus linea. d. t. subtendens est. 120. partes. et linea. t. l. scdm istas partes est.
92. partes et. 50. minuta. Erit ergo propter illud secūdum partes quibus linea. d. t. et est ea
linea que est inter duo centra: est sex partes et. 33. minuta et medietas. Et linea. d. g que est
a centro orbis egredientis centri: est. 60. partes. linea. d. l. 4. partes et. 20. minuta. Et linea.
t. l. secūdum illud exemplū quinque partes et quatuor minuta. Et quia cum quadratum quod est
ex linea. d. l. minuitur ex quadrato quod est ex linea. d. g. prouenit quadratum quod est ex li-
nea. g. l. erit linea. g. l. 59. partes et. 51. minuta et erit linea. g. k. Reliqua propterea quod linea.
t. l. est equalis linee. l. k. 54. partes et. 47. minuta. secūdum partes quibus linea. n. k. quia est
dupla linee. d. l. comprehendit octo partes et. 18. minuta. et propter illud fit linea. g. n. scdm
istas partes. 55. partes et. 25. minuta. Ergo secūdum partes quibus linea. n. g. est. 120. par-
tes: erit linea. n. k. 17. partes et. 59. minuta. et erit arcus qui est super eam. 17. partes et. 14.
minuta. secūdum partes quibus circulus qui describitur circa triangulū. g. k. n. ortogonium
est. 360. partes. Quapropter erit angulus. n. g. k. etiam. 17. partes et. 14. minuta. secūdum
partes quibus duo anguli recti sunt. 360. partes. et etiam quia secūdum partes quibus linea. t. b.
que est a centro orbis egredientis centri est. 60. partes: tunc quia iam ostensum est quod linea.
n. k. est. 8. partes et. 18. minuta. et linea. t. k. secūdum illud exemplū est. 10. partes et. 8. minu-
ta. erit linea. b. k. reliqua. 49. partes et. 52. minuta. et propter illud erit linea. n. b. subtēdēs.
50. partes et. 33. minuta. Ergo secūdum partes quibus linea. n. b. est. 120. partes erit linea.
n. k. 19. partes et. 42. minuta. et erit arcus qui est super eam. 18. partes et. 54. minuta. secū-




dum partes q̄bus circulus qui describitur circa triangulū.n.b.r.ortogonium est.360.partes.quapropter erit angulus.n.b.r.18.partes ⁊.54.minuta.secūdum partes q̄bus duo anguli recti sunt.360.partes.Sed secundum istas partes ostensum est q̄ angulus.n.g.r.est.17.partes et.14.minuta ergo angulus.g.n.b.reliquus secūdū istas partes erit pars vna ⁊.40.minuta.sed secūdum quātitatē qua sunt q̄tuor anguli recti.360.partes:erit.50.minuta.hec igitur est sūma arcus.m.l.orbis signorum partium.Et q̄a inuenimus in habitudine secūda arcum.l.o.33.minuta.tūc manifestum est q̄ longitudo secūda que reperit̄ in orbe egredientis centri:est minor longitudine que videtur:secūdum partes duorum arcuū coniūctorum:et est pars vna et.23.minuta.Et q̄ sūma eius est.92.partes et.21.minutū.

Quod si nos p̄cessimus in eo q̄d est inter duos arcus orbis signoꝝ qui p̄uenerunt duab⁹ longitudinibus:et in arcubus ē̄t quos posuimus s̄m naturā in orbe egredientis centri:via qua p̄cessimus in intētiōe cuius p̄cessit declaratio ante hec.qua declarauimus longitudinē lōgiorē:⁊ q̄ntitatem egressionis a cētro:vt hic nō prolongetur sermo cū iteratione earūdem rerum:inueniemus lineam que est inter duo cētra:⁊ est linea.t.n.11.partes et.50.minuta.secūdum partes q̄bus linea que est a centro orbis egredientis centri est.60.partes.et arcus.f.b.orbis egredientis centri:et est ille qui est ab habitudine tertia ad longitudinem propinquiorem etiam.45.partes et.33.minuta.Et erit etiam arcus.t.b.huius circuli.38.partes ⁊.59.minuta.et arcus.a.l.secūdum hoc exemplū erit.42.partes ⁊.45.minuta.Si ergo nos imitati fuerimus illud ⁊ comitati in declaratione vnius ⁊ vnius habitudinū extremitatis noctis:inueniemus tūc quātitates cuiusq̄ horum arcuū secūdum veritatem.Inueniemus enim arcum.i.r.28.minuta.et arcū.i.o.eq̄lem illi fere.28.minuta.et arcū.m.l.40.minuta.Cum ergo aggregauerimus minuta habitudinis prime ad minuta habitudinis secūde.et quod prouenerit:⁊ est.56.minuta.addiderimus super partes longitudinis prime orbis signorū:⁊ sunt.67.partes et.50.minuta.p̄ueniet nobis longitudo que reperitur in orbe egredientis centri secundum veritatem.68.partes et.46.minuta.Et cū nos aggregauerimus minuta habitudinis secūde et minuta habitudinis tertie:et minuerim⁹ quod prouenerit:et est pars vna et octo minuta ex partibus que videntur orbis signoꝝ in longitudine secūda et sunt.93.partes et.44.minuta:inueniemus etiam longitudinē longiorem repertam secūdum veritatem in orbe egredientis cētri.92.partes et.36.minuta.Et ex istis rebus propterea q̄ fecimus illā eandem viam demōstrationis:verificauimus quātitatem egressionis a centro et locū longitudinis longioris et inuenimus lineam que est inter duo centra:et est linea.d.k.12.partes fere:secūdū partes quibus linea.k.l.et est ea que est a centro orbis egredientis centri:est.60.partes.et arcus.g.m.orbis egredientis centri est.44.partes et.21.minutū.Erit ergo in hoc orbe etiam arcus.l.f.40.partes et.11.minuta.et arcus.a.l.secūdum illud exemplum.41.pars et.33.minuta.¶ Et iam nūc possibile est vt demonstremus q̄ longitudines que inuēte sunt per cōsiderationes secūdum visum in habitudinibus tribus:sint conuenientes istis quātitatibus propter illas res easdem.


Ponam itaq̄ formā habitudinis prime et in ea orbem egrediētis centri tantū super quem reuoluitur semp̄ centrū orbis reuolutionis.sitq̄.e.r.Et quia angulus.a.t.e.secūdum partes quibus quatuor anguli recti sunt.360.partes:est.41.partes et.33.minuta.et secundum partes quibus duo anguli recti sunt.360.partes est ipse et ille qui est super caput eius:et est angulus.d.t.b.83.partes et.6.minuta.Erit arcus qui est super lineam.b.d.83.partes et.6.minuta.secūdum partes q̄bus circulus qui describitur circa triangulū.d.t.b.ortogonium est.360.partes.et erit arcus qui est super lineam.b.d.83.partes ⁊.6.minuta.et erit arcus qui est super lineam.b.t.quod remanet ad complendū semicirculum:et est.46.partes et.54.minuta.linea igitur.d.b.vna duarum lineaꝝ que subtendūtur eis:erit.79.partes ⁊.35.minuta.s̄m partes quibus linea.d.t.subtendens ē.120.partes.et linea.b.t.secūdum istas partes erit.89.partes ⁊.48.minuta. Quapropter secundum partes quibus linea.d.t.est sex partes:et linea.d.a.subtendens est.60.partes:erit linea.d.b.3.partes et.58.minuta ⁊ medietas.Et linea.b.t.secūdum hoc exemplum erit quatuor partes et.30.minuta.Et quia cum quadratū quod est ex linea.d.b.minuitur ex quadrato quod est ex linea.d.a.est ex eo quadratum quod est ex linea.b.a.erit hec linea etiam in longitudine secūdum istas partes.59.partes et.52.minuta.Et etiam quia linea.t.b.est equalis linee.b.h.⁊ linea.b.d.est medietas linee.b.n.proueniet nobis linea.a.b.tota.64.partes ⁊.22.minuta.secūdum partes quibus linea.n.b.est.7.partes ⁊.57.minuta.⁊ propter illud erit linea.n.a.subtendens secūdum istas partes.64.partes ⁊.52.minuta.propter illud ergo secundum partes quibus etiam linea.n.a est.120.partes erit linea.n.b.14.partes et 44.minuta.⁊ arcus qui est super eam erit.14.partes ⁊ sex minuta secūdum partes quibus circulus qui describitur circa triangulū.a.n.b.ortogoniū est.360.partes.Angulus igitur.n.a.b.scd̄m partes quibus duo anguli recti sunt.360.partes est.14.partes ⁊ sex minuta.et scd̄m partes quibus quatuor anguli recti sunt.360.partes est.7.partes ⁊ tria minuta.


Sed fm istas partes fuit angulus.a.t.e.41.partes ꝛ.33.minuta.ergo angulus.a.n.e.reliquus: ꝛ est angulus cursus qui videtur:est.34.partes et.30.minuta: ꝛ sunt partes quibus fuit stella in habitudine prima precedens longitudinem longiorem.

Et ponam etiam formam similem huic habitudini secũde. Et quia angulus.b.t.e. ꝛ est angulus cursus medij orbis revolutionis scdm partes quibus quattuor anguli recti sunt.360.partes:est.40.partes ꝛ.11.minuta. ꝛ fm partes quibus duo anguli recti sunt.360.partes est ipse et ille qui est super caput eius: ꝛ est angulus.d.t.y.80.partes ꝛ.22.minuta.erit arcus qui est super lineam.d.y.fm istas partes.80.partes ꝛ.22.minuta.scdm partes quibus circulus qui describitur circa triangulum.d.t.y.ortogonium est.360.partes. Et erit arcus qui est super lineã.y.t.partes relique ad cõplendum semicirculũ ꝛ sunt.99.partes ꝛ.38.minuta.ergo linea.d.y.una duarum linearũ que subtendũtur eis est.77.partes ꝛ.26.minuta.scdm partes quibus linea.d.t.subtendẽs est.120.partes. ꝛ linea.y.t.secũdum istas partes est.91.partes ꝛ.41.minuta,ergo fm partes quibus linea.d.t.est sex partes. ꝛ linea.d.b.subtendens est.60.partes erit linea.d.r.tres partes ꝛ.52.minuta. ꝛ linea.t.y.secũdum hoc exemplũ.4.partes ꝛ.35.minuta.Et quia cũ quadratuz quod est ex linea.d.y.minuitur ex quadrato quod est ex linea.d.b.est ex eo quadratum qđ est ex linea.y.b.tunc hec linea erit in longitudine secũdum istas partes.59.partes ꝛ.52.minuta.Et similiter etiam quia linea.t.y.est equalis linee.y.b. ꝛ linea.n.b. est dupla linee.d.y.erit linea.h.b.tota.64.partes ꝛ.27.minuta.scdm partes quibus linea.n.b.est septem partes ꝛ.44.minuta, ꝛ ex eo erit linea.b.n.subtendens fm istas partes.64.partes ꝛ 54.minuta.ergo secũdum partes quibus linea.b.n.subtendens est.120.partes:erit linea.n.b.14.partes ꝛ.19.minuta.et arcus qui est super eam erit.13.partes ꝛ.42.minuta.secũdum partes quibus circulus qui describitur circa triangulũ.b.n.b.ortogoniũ est.360.partes.Quapropter erit angulus.n.b.b.etiam fm partes quibus duo anguli recti sunt.360.partes.13.partes ꝛ.42.minuta. ꝛ secũdum partes quibus quattuor anguli recti sunt.360.partes sex partes et.51.minutũ.Uerum scdm istas partes fuit angulus.b.t.e.40.partes ꝛ 11.minuta.ergo angulus.e.n.b.reliquus: ꝛ est angulus cursus qui videtur scdm istas partes est.33.partes ꝛ.20.minuta.Scdm ergo istas partes fuit stella visa posterior longitudine longiore in habitudine secũda. Jam vero fuit ostensum ꝙ in longitudine prima fuit visa precedere longitudinem lõgiorem.34.partibus ꝛ.30.minutis.provenit ergo longitudo tota ab habitudine prima ad habitudinem secũdam.67.partes ꝛ.50.minuta. ꝛ illud est cõveniens ei cuius sũmam invenimus per duas considerationes.



Et ponam etiam scdm hanc similitudinẽ formam habitudinis tertie.Et quia angulus.g.t.r.hec etiam: ꝛ est angulus cursus equalis orbis revolutionis secũdum partes quibus quattuor anguli recti sunt.360.partes:est.44.partes et.21.minutum. ꝛ fm partes quibus duo anguli recti sunt.360.partes:est.88.partes et 42.minuta.erit arcus qui est super lineam.d.y.88.partes ꝛ.42.minuta.scdm partes quibus circulus qui describitur circa trianguluz.d.t.y.ortogoniũ est.360.partes.et arcus qui est super lineam.y.t.est partes relique ad complendũ semicirculũ ꝛ sunt.91.partes ꝛ.18.minuta.ergo linea.d.y.una duarum linearũ que subtẽdũtur eis est.83.partes ꝛ.53.minuta.scdm partes quibus linea.d.t.subtendens est.120.partes ꝛ linea.y.t.fm istas partes ẽ.85.partes ꝛ.49.minuta.Erit ergo propter illud secũduz partes quidẽ quibus linea.d.t.est sex partes. ꝛ linea.d.g.que est a centro orbis egredientis centri.60.partes:linea.d.y.4.partes ꝛ.11.minuta ꝛ medietas.et linea.y.t.secũduz hãc similitudinẽ:erit.4.partes ꝛ.17.minuta.Et quia quadrato qđ est ex linea.d.y.diminuto ex qdrato quod est ex linea.d.g.erit ex eo quadratum quod est ex linea.g.y.proveniet nobis hec linea etiam in longitudine fm istas partes.59.partes ꝛ.51.minutum.Et etiam quia linea.y.t.est equalis linee.y.b.et linea.n.b.est dupla linee.d.y.tunc linea.g.b.reliqua provenit nobis.55.partes ꝛ.34.minuta.secũduz partes qbus linea.n.b.est octo partes ꝛ.23.minuta.Et propter illud proveniet nobis etiam linea.g.n.subtendens secũdum istas partes.56.partes ꝛ.12.minuta.ergo secundũ partes quibus linea.g.n.subtendẽs est.120.partes:erit linea.n.b.17.partes ꝛ.55.minuta: ꝛ erit arcus qui est super eam.17.partes ꝛ.10.minuta.fz partes quibus circulus qui describitur circa triangulũ.g.n.b.ortogoniũ est.360.partes.erit ergo propter illud angulus.t.g.n.etiam secundum partes qbus duo anguli recti sunt.360.partes.17.partes ꝛ 10.minuta. ꝛ scdz partes quibus quattuor anguli recti sunt.360.partes octo ptes ꝛ.35.minuta.Uerum fm istas partes fuit angulus.g.t.r.etiam.44.partes ꝛ.21.minutum.ergo angulus.g.n.r.totus secũdum istas partes est.52.partes ꝛ.56.minuta.Hec igit sũma partiũ qbus fuit visa stella in habitudine tertia precedere longitudinem ppinquiorẽ.Jam aũt fuit ostensum ꝙ fuit visa in habitudine tertia posterior a longitudine longiore trigintatribus partibus et viginti minutis.Ergo partes que provenerũt residue ab habitudine secunda ad habitudinem tertiam: ꝛ sunt.93.partes ꝛ.44.minuta.iam reperte sunt convenientes ei quod invenimus per considerationem in longitudine secũda.Et manifestuz est ꝙ propter







rea ꝙ visa fuit stella super lineam.g.n.in habitudine tertia.Et fuit locus eius secundum ꝙ inuenimus per considerationem super duas partes ⁊.34.minuta sagittarij.et ostensuz fuit ꝙ angulus.g.n.r.⁊ est apud centrum orbis signoꝝ:est.52.partes et.56.minuta.secũdũ partes quibus quatuor anguli recti sunt.360.partes.Fuit ergo locus longitudinis propinquioris in orbe egredientis centri:que est super punctum.r.super.25.partes ⁊.30.minuta capricorni.⁊ locus longitudinis lõgioris super partem condiametralẽ ei:⁊ est vigesimaquinta pars ⁊ trigesimũquartũ minutum cancri.Si enim descripserimus circa centrum.g.orbem reuolutionis Martis:supra quez sint.m.k.l.⁊ protraxerimus lineam.t.g.m.proueniet nobis in tempore habitudinis tertie cursus medius orbis reuolutionis a longitudine longiore in orbe egredientis centri.135.partes ⁊.39.minuta.propterea ꝙ angulus.g.t.r.iam ostensum est ꝙ est partes residue ad complendum semicirculum:⁊ sunt.44.partes et 21.minutum.⁊ prouenit cursus medius stelle a puncto.m.quod est longitudo lõgior in orbe reuolutionis.scz arcus.m.k.171.partes ⁊.25.minuta. Et propterea ꝙ angulus.t.g.n.iam fuit ostensum ꝙ est octo partes ⁊.35.minuta.scđm partes quibus quatuor anguli recti sunt.360.ptes.⁊ fuit hic angulus apud centruz orbis reuolutionis:tunc arcus.k.l.⁊ est ille qui est a stella ad longitudinem propinquiorẽ ⁊ est pũctum.l.erit secũduz istas partes octo partes ⁊.35.minuta.erit ergo arcus qui est a puncto.m.⁊ est longitudo lõgior ad stellam super quã est punctũ.k.illud ꝙ remanet ad cõplenduz semicirculuz sicut narrauimus:⁊ est.171.partes ⁊.25.minuta.Jam ergo demonstratũ est nobis cum ceteris que declarata sunt:ꝙ in tempore habitudinis tertie.scz in anno secũdo annoruz Antonij.in mẽse athira apud egyptios:in die duodecimo eius:in nocte quam sequitur dies tertiusdecimus:ante medietatem noctis duabus horis equalibus:fuit stella martis in intentione que nominatur longitudo elongatio eius per motum suum mediũ a longitudine longiore in orbe egredientis cẽtri.135.partes ⁊.39.minuta.⁊ fuit eius lõgitudo in diuersitate a lõgitudine lõgiore in orbe reuolutiõis.171.ptes ⁊.25.minuta.Et iste sunt res q̃s intendimꝰ inuenire.

¶ Capitulum octauum in declaratione quãtitatis orbis reuolutionis Martis.



T quia iam sequitur illud vt demõstrem proportionem orbis reuolutionis.tunc inueniam propter illud cõsiderationem:in qua cõsiderauimus hanc stellam quasi post tres dies ab habitudine tertia. scz in ãno secundo annorum Antonij in mense athira apud egyptios:in die quintodecimo eius:in nocte quã sequitur dies decimussextus:ante medietatem noctis tribus horis equalibus. propterea ꝙ medians celum sm̃ considerationem fuit vicesima pars libre.⁊ erat solis per medium cursum suum locus tũc super quinq; partes ⁊.27.minuta geminoruz.Ergo considerauimus ascimech alabazel:⁊ inuenimus eam in loco qui pertinet ei.⁊ vidimus locum stelle Martis super partem vnam ⁊ tres quintas partis sagittarij.Et in illa hora eadem vidimus longitudinem eius etiam a centro lune posterius partem vnam etiam ⁊ tres quintas partis.Et fuit in illa hora cursus lune medius in quatuor partibus ⁊ viginti minutis sagittarij.⁊ eius cursus verificatus fuit in.29.partibus ⁊.30.minutis scorpionis:propterea ꝙ fuit eius longitudo a longitudine longiore in orbe reuolutionis.92.partes.et eius cursus qui videtur fuit in principio sagittarij. Fuit ergo ex hoc modo etiam locus stelle martis conueniens ei qui repertus fuit tunc per considerationem super partẽ vnam ⁊.36.minuta sagittarij.Et manifestum est ꝙ fuit eius longitudo a longitudine lõgiore precedens.53.partibus ⁊.54.minutis.⁊ illud quod comprehendit tempus quod fuit inter habitudinem tertiam ⁊ inter hanc considerationem ex partibus longitudinis in longitudine quidem est vna pars ⁊.32.minuta.⁊ in diuersitate quidem pars vna ⁊.21.minutuz fere. Si ergo nos addiderimus illud super locos duos quos declarauimus in hac habitudine tertia:inueniemus longitudinem stelle Martis fuisse in hora huius considerationis in lõgitudine quidem super.137.partes ⁊.11.minuta.a longitudine lõgiore in orbe egredientis centri.⁊ in diuersitate super.172.partes ⁊.46.minuta.a longitudine lõgiore in orbe reuolutionis. ¶ Postquã igitur explanate sunt he res.tunc sit orbis egredientis cẽtri qui reuoluit centrum orbis reuolutionis supra quẽ sint.a.b.g.circa centrum.d.et diametrus eius sit.a.d.g.⁊ ponam super ipsam centrum orbis signorum punctum.e.⁊ centrum orbis egredientis centri maioris exitus punctum.r.⁊ describam circa punctũ.b.orbem reuolutionis:supra quem sint.b.n.k.⁊ protraham lineas.r.k.b.b.et.e.n.b.⁊ protraham a duobus pũctis.d.et.e.super lineam.r.b.duas perpendiculares.e.l.et.d.m.et ponam vt stella sit supra punctum.t.orbis reuolutionis.⁊ producam lineas duas.e.t.et.b.d.⁊ protraham super lineam.e.t.cum producetur scđm rectitudinem a puncto.b.perpendicularem.b.s.⁊ quia stelle fuit longitudo a longitudine longiore in orbe centri egredientis.137.partes ⁊.11.minuta:tũc angulus.b.r.g.etiam scđm partes quidem quibus quatuor anguli recti sunt.360.partes:est.42.partes ⁊.49.minuta.⁊ secũdum partes quibus duo anguli recti sunt.360.partes:





eſt.85.partes ⁊.38.minuta.⁊ arcus qui eſt ſuper lineam.d.m.eſt.85.partes ⁊.38.minuta.ſm partes quibus circulus qui deſcribitur circa triangulū.d r.m.ortogonium eſt.360.partes.⁊ arcus qui eſt ſuper lineam.r.m.eſt quod remanet ad complēdum ſemicirculum.⁊ eſt.94.partes ⁊.22.minuta.linea igitur.d.m.vna duarum linearum que ſubtenduntur eis:erit.81.pars ⁊.34.minuta.ſm partes quibus linea.d.r.ſubtendens eſt.120.partes.et linea.r.m.ſcdm iſtas partes eſt.88.partes ⁊ minutum vnum.Erit ergo propter illud ſcdm partes quibus linea.d.r.que eſt inter duo centra eſt ſex partes.⁊ linea.d.b.que eſt a centro orbis egredientis centri:eſt.60.partes:linea.d.m.quatuor partes ⁊ quinqꝫ minuta.⁊ linea r.m.ſm illud exemplum quatuor partes ⁊.24.minuta.Et quia quadrato quod eſt ex linea.d.m.diminuto ex quadrato quod eſt ex linea.d.b.erit ex eo quadratum quod eſt ex linea.b.m.erit linea.b.m.ſecūdum iſtas partes.59.partes ⁊.52.minuta.Et ſm hanc ſimilitudinem etiam quia fuit linea.r.m.equalis linee.m.l.⁊ linea.e.l.dupla linee.d.m.tunc linea.b.l.reliqua erit.55.partes ⁊.28.minuta ⁊ linea.e.l.ſecūdū iſtas partes erit octo partes ⁊.10.minuta.⁊ propter illud erit linea.e.b.ſubtendens.56.partes ⁊ quatuor minuta.ergo ſcdm partes quibus linea.e.b.eſt.120.partes erit linea.e.l.17.partes ⁊.28.minuta.⁊ arcus qui eſt ſuper eam erit.16.partes ⁊.44.minuta.ſcdꝫ partes quibus circulus qui deſcribitur circa triangulum.b.e.l.ortogonium eſt.360.partes.Quapropter erit angulus.e.b.l.etiaꝫ.16.partes ⁊.44.minuta.ſecūdum partes quibus duo anguli recti ſunt.360.partes. Et etiam quia angulus.g.e.ſ.⁊ eſt ille quo videtur ſtella Martis precedere punctum.g.⁊ eſt longitudo propinquior:ſcdm partes quibus quatuor anguli recti ſunt.360.partes:eſt poſitus.53.partes ⁊.54.minuta.⁊ ſecūdum partes quibus duo anguli recti ſunt.360.partes:eſt.107.partes ⁊.48.minuta.Et ſm iſtas partes etiam angulus.g.e.b.eſt.102.partes ⁊.22.minuta:ꝑpterea ꝙ ipſe eſt equalis duobus angulis cōiunctis.ſcꝫ angulo.r.b.e.Et iaꝫ oſtenſum eſt ꝙ ipſe eſt ſm iſtas partes.16.partes ⁊.44.minuta.Et angulo.g.r.b.iam poſito ſecundum iſtas partes.85.partibus ⁊.38.minutis.tunc manifeſtum eſt ꝙ angulus.b.e.ſ.reliquus ſcdm iſtas partes erit.5.partes ⁊.26.minuta.et erit arcus que eſt ſuper lineam.b.ſ.5.partes ⁊.26.minuta.ſcdm partes quibus circulus qui deſcribitur circa triangulū.b.e.ſ.ortogonium eſt.360.partes.⁊ propter illud etiam erit linea.b.ſ.5.partes ⁊.41.minutis.ſecundum partes quibus linea.e.b.ſubtendens eſt.120.partes.ergo ſcdꝫ partes quibus demonſtratur ꝙ linea.e.b.eſt.56.partes ⁊.4.minuta.⁊ linea que eſt a centro orbis egredientis centri:eſt.60.partes:erit linea.b.ſ.due partes ⁊.39.minuta.Et ſecūdum hanc ſimilitudinē quia puncti.t.longitudo a puncto.b.⁊ eſt longitudo longior in orbe reuolutionis:eſt.172.partes ⁊.46.minuta:⁊ eius longitudo a puncto.k.⁊ eſt longitudo propinquior:eſt.7.partes ⁊.14.minuta.Erit angulus.k.b.t.etiam ſcdm partes quibus quatuor anguli recti ſunt.360.partes.7.partes ⁊.14.minuta et ſm partes qbus duo anguli recti ſunt.360.partes.14.partes ⁊.28.minuta.Uerum ſecūdum iſtas partes fuit angulus.k.b.n.16.partes ⁊.44.minuta.erit ergo angulus.t.b.n.reliquus due partes ⁊.16.minuta.⁊ angulus.ſ.t.b.totus ſecūdum iſtas partes erit.7.partes ⁊.42.minuta.Quapropter erit arcus qui eſt ſuper lineam.b.ſ.etiaꝫ.7.partes ⁊.42.minuta.ſm partes quibus circulus qui deſcribitur circa triangulum.b.t.ſ.ortogonium eſt.360.partes.⁊ erit linea.b.ſ.eadem octo partes ⁊ tria minuta.ſecūdum partes quibus linea.b.t.ſubtendens eſt.120.partes.ergo ſecundum partes quibus linea.b.ſ.eſt due partes ⁊.39.minuta.⁊ linea que eſt a centro orbis egredientis centri eſt.60.partes.erit linea.b.t.que eſt a centro orbis reuolutionis.39.partes ⁊.30.minuta fere.Ergo proportio linee que eſt a centro orbis egredientis centri ad lineam que eſt a centro orbis reuolutionis:eſt proportio.60.partiuꝫ ad.39.partes ⁊.30.minuta.Et illud eſt cuius inueſtigauimus inuentionem.


¶ Capitulum nonum in verificatione reuolutionum motuum Martis.



Ccepimus etiam propter cauſaꝫ verificationis reuolutionum motuum Martis mediorum vnam conſiderationum antiquarum in qua dicitur etiam:ꝙ in anno tredecimo annorum Dionyſii:in menſe nominato haor:ſtella Martis eſtimabatur iam cooperuiſſe ſtellam que eſt in latere ſeptētrionali frontis ſcorpionis.Et tempus huius conſiderationis fuit in anno quinquageſimoſecūdo a morte Alerādri.Et illud fuit in anno quadringenteſimo ⁊ ſeptuageſimoſexto a tempore Nabucħ.in menſe nominato apud egyptios athus.in die vigeſimo eius.in diluculo vigeſimiprimi.Et in hac hora inuenimus ſolis locum fuiſſe per curſum ſuum medium ſup.23.partes ⁊.54.minuta capricorni.⁊ ſtelle que eſt in latere ſeptētrionali frōtis ſcorpionis inuenimus locum per conſiderationem ſuper ſex partes ⁊ tertiam partis ſcorpionis.Quapropter quia quod fuit etiam inter hanc conſiderationem ⁊ inter regnum Antonii ex ānis eſt quadringenti ⁊ nouem anni.in quibus mouetur ſtella fixa que fuit in hora cōſiderationis quā narrauimus.4.partibus ⁊.42.minutis fere.tunc ipſa fuit in hora conſiderationis

super octo partes ⁊ quattuor minuta scorpionis. ⁊ manifestũ est ꝙ ille etiam fuit locus stelle Martis. Et secũdum hanc similitudinem etiam que fuit in nostro tempore. scꝫ in principio regni Antonii locus longitudinis longioris Martis in .25. partibus ⁊ .30. minutis cancri. tunc inuenitur ꝙ eius locus fuit in hora considerationis super .21. partes ⁊ .25. minuta cancri. Et manifestum est ꝙ stelle ſm visum fuit longitudo a longitudine longiore in hora illa .100. partes ⁊ .50. minuta. ⁊ fuit longitudo solis per motum suum mediũ ab illa eadem longitudine longiore .182. partes ⁊ .29. minuta. Et fuit eius longitudo a longitudine propinquiore due partes ⁊ .29. minuta. ⁊ illud est manifestum.

¶ Postquã igitur iam explanauimus has res: sit orbis egredientis centri reuoluens centrum orbis reuolutionis: supra quẽ sint .a.b.g. circa centrum .d. ⁊ sit eius diametrus .a.d.g. ⁊ ponam super ipsam centrum orbis signorum punctum .e. ⁊ centrum orbis egredientis centri maioris egressus punctum .r. ⁊ signabo circa centrum .b. orbem reuolutionis: supra quem sint .b.t. ⁊ protraham duas lineas .r.b b.e. ⁊ .b.d. ⁊ producam a puncto .r. super lineam .d.b. perpendicularem .r.k. ⁊ ponam vt stella sit super punctum .t. orbis reuolutionis ⁊ coniungam lineam .b.t. ⁊ protraham a puncto .e. lineam .e.l. equidistantem ei ⁊ est super quam videtur cursus solis medius: pp illud cuius iam processit declaratio. ⁊ applicabo lineam .e.t. ⁊ producaꝫ a duob' pũctis .d. et .b. duas perpendiculares .d.m. et .b.n. ⁊ protraham etiam a pũcto .d. super lineam .b.n. perpendicularem .d.f. ita vt sit figura .d.m.n.f. equidistantium laterum ⁊ rectorum angulorum. Et quia angulus .a.e.t. ⁊ est angulus cursus qui videtur stelle a longitudine longiore: est .100. partes ⁊ .50. minuta. ſꝫ partes quibus quatuor anguli recti sunt .360. partes. ⁊ angulus .g e.l. ⁊ est angulus cursus solis medii: scd̃m istas partes est due partes ⁊ .29 minuta. erit angulus .t.e.l. qui est etiam angulus equalis angulo .b.t.e. scd̃m partes quibus quatuor anguli recti sunt .360. partes .81. partes ⁊ .39. minuta. ⁊ secũdũ partes quibus duo anguli recti sunt .360. partes. erit .163. partes ⁊ .18. minuta. Quapropter erit arc' qui est super lineam .b.n. etiam .163. partes ⁊ .18. minuta. secũdũ partes quibus circulus qui describitur circa triangulũ .b.t.n. ortogoniũ est .360. partes. ⁊ erit linea .b.n. eadem .118. partes ⁊ .43. minuta. ſm partes quibus linea .b.t. subtendens est .120. partes. ergo secũdũ partes quibus linea .b.t. que est a centro orbis reuolutionis est .39. partes ⁊ .30. minuta. ⁊ linea .e.d. que est inter duo centra est sex partes: erit linea .b.n. 39. partes ⁊ tria minuta. Et ꝗ quia angulus .a.e.t. etiã secũdum partes quibus quatuor anguli recti sunt .360. partes: est .100. partes ⁊ .50. minuta. ⁊ secundum partes quibus duo anguli recti sunt .360. partes est .201. pars ⁊ .40. minuta. ⁊ propter illud est angulus qui sequitur eũ: ⁊ est angulus .d.e.m. secũdum istas partes .158. partes ⁊ .20. minuta. erit arcus qui est super lineaꝫ .d.m. etiam .158. partes ⁊ .20. minuta. secũdũ partes quibus circulus qui describitur circa triãgulum .d.e.m. ortogonium est .360. partes. ⁊ erit linea .d.m. eadem .117. partes ⁊ .52. minuta. scd̃m partes quibus linea .d.e. cum sit subtendens: est .120. partes. igitur ſm partes qb' linea .d.e. est sex partes: ⁊ linea .b.t. ſm ꝙ declaratum est: est .39. partes ⁊ medietas partis ⁊ linea .b.n. 39. partes ⁊ .3. minuta. quod declaratuꝫ est. erit linea .d.m. scꝫ que est eq̃lis linee .n.f. 5. partes ⁊ .54. minuta. ⁊ erit linea .f.b. reliqua .33. partes ⁊ nouem minuta: secundum partes quibus linea .b.d. que est a centro orbis egredientis centri: est .60. partes: igitur ſm partes quibus linea .b.d. cũ sit subtendens: est .120. partes: erit linea .b.f. 66. partes ⁊ .18. minuta. ⁊ arcus qui est super eam erit .67. partes ⁊ .4. minuta fere: scd̃m partes q̃bus circulus qui describitur circa triangulum .b.d.f. ortogonium est .360. partes. Quapropter erit angulus .b.d.f. etiam .67. partes ⁊ .4. minuta. scd̃m partes quibus duo anguli recti sunt .360. partes. ⁊ erit angulus .b.d.m. totus .247. partes ⁊ .4. minuta. Et scd̃m istas partes erit angulus .e.d.m. 21. partes ⁊ .40. minuta. quoniam iam ostensum est quod angulus .d.e.m. est .158. partes ⁊ .20. minuta. ergo angulus .b.d.e. reliquus prouenit .225. partes et .24. minuta. Et angulus qui sequitur eum: ⁊ est angulus .b.d.a. secũdum illam similitudinẽ est .134. partes ⁊ .36. minuta. Quapropter erit arcus qui est super lineam .r.k. 134. partes ⁊ .36. minuta. ſm partes quibus circulus qui describitur circa trianguluꝫ .d.r.k. ortogoniũ est .360. partes. ⁊ erit arcus qui est super lineam .k.d. partes relique ad complendum semicirculum: ⁊ sunt .45. partes ⁊ .24. minuta. Linea igitur .r.k. vna duarum linearuꝫ que subtenduntur eis: erit .110. partes ⁊ .42. minuta. ſm partes quibus linea .r.d. cum sit subtẽdẽs est .120. partes. ⁊ erit linea .d.k. ſm istas partes .46. partes ⁊ .18. minuta. ergo scd̃m partes quibus linea .d.r. est sex partes ⁊ linea .d.b. ⁊ est ea que est a centro orbis egredientis cẽtri: est .60 partes: erit linea .r.k. 5. partes ⁊ .32. minuta. ⁊ linea .d.k. secundum illud exemplum due partes ⁊ .19. minuta. Ergo linea .k.b. reliqua est .57. partes ⁊ .57. minuta fere. ⁊ propterea erit linea .b.r. cum sit subtendens: scd̃m istas partes .57. partes ⁊ .57. minuta fere. ergo scd̃m partes quibus linea .b.r. est .120. partes: erit linea .r.k. 11. partes ⁊ .28. minuta. ⁊ erit arcus qui est super eam .10. partes ⁊ .58. minuta. ſm partes quibus circulus qui describit circa triangulum .b.r.k. ortogonium est .360. partes. ergo angulus .r.b.d. est .10. partes ⁊ .58. minuta. ſm partes quibus duo anguli recti sunt .360. partes. Scd̃m istas vero partes



fuit angulus.b.d.a.134.partes ꝛ.36.minuta.ergo angulus.b.r.a.totus secundũ istas quidem partes erit.145.partes ꝛ.34.minuta.ꝛ fm partes quibus quatuor anguli recti sunt.360.partes:est ipse.72.ptes ꝛ.47.minuta.fuit ergo longitudo cursus stelle medij in lõgitudine in hora considerationis quã narrauimus.scꝫ puncti.b.ꝛ est centrũ orbis reuolutionis a longitudine longiore.72.partes ꝛ.47.minuta.ꝛ propter illud fuit eius locus sup.4.partes ꝛ.12.minuta libre.Et quia angulus.g.e.l.positus est scḋm istas partes due partes ꝛ 29.minuta.Et hic angulus cum duobus angulis semicirculi.a.b.g.ꝛ sunt equales duobus rectis est equalis aggregationi anguli.a.r.b.ꝛ est angulus cursus medij in longitudine et angulus.b.h.t.ꝛ est angulus diuersitatis.scꝫ angulus motus stelle in orbe reuolutiõis erit propterea angulus.b.h t.reliquus eueniens nobis scḋꝫ istas partes.109.partes ꝛ.42.minuta. Fuit ergo longitudo stelle in hora illius considerationis a longitudine longiore in orbe reuolutionis partes quas diximus diuersitatis:ꝛ sunt.109.partes ꝛ.42.minuta. Et hoc est cuius quesiuimus inuentionem. Nos autem iam demonstrauimus ꝙ longitudo eius fuit in hora habitudinis tertie in diuersitate a longitudine longiore in orbe reuolutionis.171.partes ꝛ.25.minuta. Jam ergo superfluunt ei in tẽpore quod est inter duas considerationes:cuius sũma annorũ egyptiorꝫ est quadringenti ꝛ decem anni ꝛ ducenti ꝛ trigintaunus dies ꝛ tertia diei fere post reuolutiones integras.ꝛ sunt ducente ꝛ nonagintadue reuolutiones.61.partes ꝛ.43.minuta.Et illud est propinquũ superfluitati que inuenitur euenire nobis per tabulas quas fecimus motui eius medio:propterea ꝙ non eq̃uimus motum eius in die:nisi ex hoc vt diuideremus partes que eueniunt ex numero superfluitatis reuolutionum per dies qui proueniunt ex tempore quod est inter duas considerationes.Et illud est quod oportuit nos demonstrare.

¶ Capitulum decimum in radice siue in loco motuum stelle Martis reuolubilium.



t etiam quia tempus quod est ab anno primo annorum Nabuch.a mense thut apud egyptios:a die primo eius:a medietate diei:ad horam huius cõsiderationis dicte:est ex annis egyptijs quadringenti ꝛ septuagintaquinq; anni ꝛ octuaginta dies ꝛ medietas diei ꝛ quarta fere. Et in hoc tempore proueniũt ex superfluitate in longitudine.180.partes ꝛ.40.minuta.ꝛ in diuersitate quidem.142.partes ꝛ.29.minuta.tunc si nos minuerimus hec duo.scilicet vnũquodq; ex suo relatiuo ex duobus locis quos narrauimus in cõsideratione.scꝫ ex partibus loci in lõgitudine:ꝛ sunt.4.partes ꝛ.22.minuta libre ꝛ ex partibus loci in diuersitate:ꝛ sunt.109.partes ꝛ.42.minuta.prouenient nobis in ãno primo annorum nabuch.in mense eius thut apud egyptios:in die primo eius:in medietate diei.duo loca duorũ motuum Martis reuolubilium:ille quidem qui est in longitudine super tres partes ꝛ.32.minuta arietis.ꝛ ille qui est in diuersitate super.327.partes ꝛ.13.minuta.a longitudine longiore in orbe reuolutionis.Et propter illud idem quia fuit motus localis longitudinis longioris in.475.annis comprehendens.4.partes ꝛ medietatem ꝛ quartam partis.et fuit lõgitudo longior Martis in consideratione illa in.21.parte ꝛ.25.minutis cancri.tunc manifestum est ꝙ locus eius erit in tempore posito locorum super.16.partes ꝛ.40.minuta cancri.Et illud est quod voluimus ostendere.


Expleta est dictio Decima Libri Almagesti Ptolemei Pheludiensis.


¶ CL. Ptolemei Pheludiensis Dictio Undecima Libri Almagesti Duodecē capitulis illustrata feliciter adest.

¶ Capitulum primum In declaratione egressionis a centro Jouis: et longitudinis eius longioris.




Et quia iam declarauimus reuolutiones motuum in stella Martis: ⁊ radices eius: tunc nos modo sequamur illud: narrando has res etiā in stella Jouis scdm̄ illum eundem modum. Accepimus itaqʒ etiam primum ad declarandam longitudinem eius longiorem ⁊ sūmam egressionis orbis eius a centro tres habitudinum que nominantur extremitates noctis oppositas cursui solis medio. Quarū vnā considerauimus per instrumenta considerationum in anno decimoseptimo annorū Adriani in mense athir apud egyptios: in die primo eius: in nocte quam sequitur dies secūdus: ante medietatem noctis hora vna. Et fuit stella in vigintitribus partibus ⁊ vndecī minutis scorpionis. Et habitudinem secūdam considerauimus in vigesimoprimo annorum adriani in mense phaophi: ⁊ in die tredecimo eius: in nocte quā sequitur dies quartusdecimus: ante medietatem noctis duabus horis. Et fuit stella in septem partibus ⁊ .54. minutis piscis. Et habitudinem tertiam considerauimus in anno primo annorum Antonii: in mense athus: in die vigesimo eius: in nocte quam sequitur dies vigesimusprimus post quinqʒ horas a medietate noctis. Et fuit stella in .14. partibus ⁊ .23. minutis arietis. Lōgitudinis igitur ab habitudine prima ad habitudinem secūdā fuit tempus ex annis egyptiis tres. et ex diebus centum ⁊ sex dies. ⁊ ex horis vigintitres hore. ⁊ ex partibus cursus stelle qui videtur .104. partes ⁊ .43. minuta. Et longitudinis ab habitudine secūda ad habitudinem tertiam fuit tempus ex annis: annus vnus egyptius ⁊ triginta septem dies ⁊ septē hore. ⁊ ex partibus que sunt scdm̄ illud exemplum .36. partes ⁊ .29. minuta. Et quod prouenit ex cursu medio in longitudine temporis quidem longitudinis prime .99. partes ⁊ .55. minuta. Et temporis quod est longitudinis scde .33. partes ⁊ .26. minuta. Ex his igitur duabus lōgitudinibus scdm̄ semitam quā narrauimus in Marte posuimus primam declarationē rerum quas intendimus scire secūdum qꝫ orbis egredientis centri sit vnus etiam scʒ hūc modum quem narrauimus. Sit orbis egredientis centri: supra quem sint .a.b.g. ⁊ ponam vt punctum .a. sit punctum super quod fuit centrum orbis reuolutionis in habitudine prima habitudinum extremitatis noctis. ⁊ pūctum .b. sit punctum habitudinis secūde habitudinum extremitatis noctis. ⁊ pūctum .g. sit punctum habitudinis tertie habitudinum extremitatis noctis. Et accipiam intra orbem .a.b.g. egredientis centri pūctum .d. centrum orbis signorum ⁊ applicabo lineas .a.d. et .b.d. et .g.d. ⁊ faciam pertransire linea .g.d.e. ⁊ applicabo lineas .e.a. et .a.b. ⁊ protraham a puncto .e. super duas lineas .d.a. et .b.d. duas perpēdiculares






res.e.r.et.e.b.τ a puncto.a.super lineam.e.b.perpendicularem.a.t. Et quia arcus.b.g.orbis egredientis centri iam positus fuit subtēdi orbis signorum.36.partibus τ.29.minutis.erit angulus.b.d.g.etiam.scʒ angulus.e.d.b.quia est apud centrum orbis signorum scōm partes quibus quattuor anguli recti sunt.360.partes.36.partes τ.29.minuta.τ secūdum partes quibꝰ duo anguli recti sunt.360.partes.72.ptes τ.58.minuta.Erit ergo propter illud arcus etiam qui est super lineam.e.n.72.partes τ.58.minuta scōm partes quibꝰ circulus qui describitur circa triangulum.d.e.b.ortogonium est.360.partes.τ erit linea.e.b.71.partes τ.21.minuta.fm partes quibus linea.d.e.subtendens est.120.partes.Et fm hanc similitudinem quia arcus.b.g.est.33.partes τ.26.minuta.erit angulus.b.e.g qui est apud circūferentiam.33.partes τ.26.minuta. secundum partes quibus duo anguli recti sunt.360.partes.Sed angulus.d.e.b.iam ostensuʒ est ꝙ est.107.partes τ duo minuta.τ angulus.b.e.b.totus est.140.partes τ.28.minuta.Erit ergo angulus.e.b.b. residuus scōʒ istas partes.39.partes τ.32.minuta.Erit ergo propter illud arcus etiam qui est super lineam.e.b.39.partes τ.32.minuta.secūdum partes quibus circulus qui describitur circa triāgulum.b.e.b.ortogonium est.360.τ erit linea.e.b.40.partes τ.35.minuta.scōm partes quibus linea.b.e.subtendens:est.120.partes.secūdum ptes igitur quibus demōstratur ꝙ linea.e.b.est.71.partes τ.21.minuta.τ linea e.d.120.partes:erit linea.b.e.210.ptes τ.58.minuta.Et etiam quia arcus.a.b.g.totus orbis egredientis centri iam positus est subtendi partibus orbis signoꝝ que proueniunt ex duabus longitudinibus coniunctis: τ sunt.141.pars τ.12.minuta.erit angulus.a.d.g.etiam qui est apud centrum orbis signorum secūdū partes quibus quattuor anguli recti sunt.360.partes.141.partes τ.12.minuta.τ fm partes ꝗbus duo anguli recti sunt.360.partes.282.partes τ.24.minuta.Et erit angulus qui sequitur eum: τ est angulus.a.d.e.fm istas partes.77.partes τ.36.minuta. Quapropter erit arcus etiam qui est super lineam.e.r.77.partes τ.36.minuta.secūdum partes quibus circulus qui describitur circa trianguluʒ.d.e.r.ortogoniū est.360.partes.Et erit linea.e.r.75.partes τ.12.minuta.scōm partes quibus linea.d.e.subtendens est.120.partes. Et secundum hanc similitudinem quia arcus.a b.g.orbis egredientis centri cōprehendit.133.partes τ.21.minutū.Erit angulus.a.e.g.etiam quia est apud circūferentiam.133.partes τ 21.minuta.scōm partes quibus duo anguli recti sunt.360.partes. Sed fm istas partes fuit angulus.a.d.e.77.partes τ.36.minuta.ergo angulus.e.a.r.reliquus angulus erit secundum istas partes.149.partes τ.3.minuta.Erit ergo propter illud etiam arcus qui est super lineam.e.r.149.partes τ.3.minuta.secūdum partes quibꝰ circulus qui describitur circa triangulum.a.e.r.ortogonium est.360.partes.τ erit linea.e.r.115.partes τ.39.miminuta.secūdum partes quibus linea.e.a.subtendens est.120.partes.ergo secūdum ptes quibus demonstratum est ꝙ linea.e.r.est.75.partes τ.12.minuta. τ linea.e.d.posita est secundum eas.120.partes.erit linea.e.a.78.partes τ.2.minuta.Et etiam quia arcus.a.b.orbis egredientis centri est.99.partes τ.55.minuta.Erit angulus.a.e.b.etiam quia est apud circūferentiam.99.partes τ.55.minuta.scōm partes quibꝰ duo anguli recti sunt.360.partes.τ erit propter illud etiam arcus qui est super lineam.a.t.99.partes τ.55.minuta.fm partes quibus circulus qui describitur circa triangulum.a.e.t.ortogoniū est.360.partes.τ erit arcus qui est super lineam.e.t.partes reliquae ad complendum semicirculum τ sunt.80.partes τ.5.minuta. Linea igitur. a.t. vna duarum linearum que subtenduntur eis erit.91.pars τ.52.minuta.fm partes ꝗbus linea.a.e.subtendens est.120.partes.τ linea.e.t.fm istas partes erit.77.partes τ.12.minuta.Erit ergo propter illud secūdum partes ꝗbus demonstratum est ꝙ linea.a.e.est.78.partes τ duo minuta τ linea.d.e.fm eas.120.partes. τ linea.a.t.59.partes τ.44.minuta.τ linea.e.t.fm illud exempluʒ.50.partes τ duodecem minuta.Sed secūdum istas partes iam fuit ostēsum ꝙ linea.e.b.tota est.210.partes τ.58.minuta.Ergo linea.t.b.reliqua est.160.partes τ.46.minuta.fm partes quibꝰ linea.a.t.est.59.partes τ.44.minuta.Et quadratum quod est ex linea.t.b.est.25845.ptes τ.55.minuta. Et quadratum quod est ex linea.t.a.scōm illud exemplum est.3568.ptes τ 4.minuta.Cum ergo aggregatur illud: est ex eo quadratum quod est ex linea.a.b.29413.partes τ.59.minuta.Erit ergo linea.a.b.in longitudine.177.partes τ.30.minuta.secūdū partes quibus fuit linea.e.d.120.partes.τ linea.e.a.scōm illud exemplū.78.partes τ duo minuta.Sed fm partes quibus diametrus orbis egredientis centri est.120.partes:erit linea.a.b.91.partes τ.52.minuta.τ illud est quia subtenditur arcui cuius sūma est.99.partes τ.55.minuta.Ergo fm partes quibꝰ linea.a.b.est.91.pars τ.52.minuta.τ diametrus orbis egredientis cētri.120.partes:erit linea.e.d.64.partes τ.17.minuta.Et linea.e.a.41.partes τ.47.minuta.Opʒ ergo ex eo vt sit arcus qui est super lineam.e.a.orbis egrediētis centri.40.partes τ.45.minuta.Et erit arcus.e.a.b.g.totus.174.partes τ sex minuta.propter illud ergo erit linea.e.d.g.119.partes τ.50.minuta fere: scōʒ partes quibus diametrus orbis egredientis centri est.120.partes. ¶ Et quia portio.e.a.b.g.est minor semicirculo: τ propter illud cadit centrum orbis egredientis centri extra ipsam.tunc ponaʒ vt pū-


trum.k.sit centrum orbis egredientis centri.⁊ protraham super ipsam ⁊ super pũctum.d. diametrum:⁊ est que transit per duo centra:sitq; diametr⁹.l.k.d.m.⁊ protrahã a pũcto.k. super lineam.g.e.perpendicularem.k.r.⁊ producam vsq; ad punctum.f.Et quia fm partes quibus diametrus.l.m est.120.partes:est ostensũ q linea.g.e.tota est.119.partes ⁊.50. minuta.⁊ linea.e.d.64.partes ⁊.17.minuta.Erit linea.g.d.reliqua scdm istas partes.55. ptes ⁊.33.minuta.Quapropter ppterea q superficies ortogonia que ɔtinetur ab his duabus lineis e.d.et.d.g.est equalis ei que continetur ab his duab⁹ lineis.l.d.et.d.m.erit ea q̃ continetur etiam ab his duabus lineis.l.d.et.d.m.3570.partes ⁊.56.minuta.scdz partes quib⁹ diametrus.l.m.est.120.partes.Ex superficie vero que continetur ab his duabus lineis.l.d.et.d.m.cum quadrato quod est ex linea.d.k.erit quadratum quod est ex medietate diametri.scz linea.l.k Cum igitur nos minuerimus ex quadrato quod est ex medietate diametri.scz.3600.partibus:superficiẽ que cõtinetur ab his duabus lineis.l.d.et.d.m.scilicet.3570.partes ⁊.56.minuta.remanebit nobis quadratum quod est ex linea.k.d.scdz istas partes.29.partes ⁊.4.minuta.proueniet ergo nobis linea.d.k.in longitudine:⁊ est ea que est inter duo centra:fm has partes.5.partes ⁊.23.minuta fere:scdm partes quibus linea.k.l.que est a centro orbis egredientis centri:est.60.partes.Et etiam quia medietas lineee.g.e.scz linea.g.r.est.59.partes ⁊.55.minuta.fm partes quibus diametr⁹.l.m.est.120. partes.⁊ scdm istas partes ostensũ est q linea.g.d.est.55.partes ⁊.33.minuta.erit linea. d.r.reliqua.4.partes ⁊.22.minuta.scdm partes quibus linea.d.k.est quinq; partes ⁊.23. minuta.⁊ erit propter illud scdm partes q̃bus linea.d.k.subtendens est.120.partes:linea. d.r.97.partes ⁊.20.minuta.⁊ arcus qui est super eam erit.108.partes ⁊.24.minuta.secũdum partes quibus circulus qui describitur circa triangulum.d.k.r.ortogoniũ est.360. partes.angulus igitur.r.k.d.secũdum partes quidem quibus duo anguli recti sunt.360. partes:est.108.partes ⁊.24.minuta.⁊ secũdum partes quibus quatuor anguli recti sunt. 360.partes est ipse.54.partes ⁊.12.minuta.Et quia ipse est apud centrum orbis egrediẽtis centri:erit arcus.m.f.etiam.54.partes ⁊.12.minuta.secũdũ partes quibus orbis egredientis centri est.360.partes.Arcus vero.g.m.f.totus quia est medietas arcus.g.f.e.est. 87.partes ⁊.3.minuta.ergo arcus.m.g.reliquus qui est a lõgitudine propinquiore ad habitudinem tertiam habitudinum extremitatis noctis erit.32.partes ⁊.51.minutum.⁊ apparet q longitudo.b.g.quia fuit iam posita.33.partes ⁊.26.minuta.erit arcus.b.m.reliquus ⁊ est ille qui est ab habitudine secũda ad longitudinem propinquiorem proueniet nobis.35.minuta.⁊ longitudo.a.b.quia fuit iam posita.99.partes ⁊.55.minuta.tunc arcus reliquus:⁊ est ille qui est a longitudine longiore ad habitudinem primam:proueniet nobis.79.partes ⁊.30.minuta.Si ergo centrum orbis reuolutionis non reuolueretur nisi super hunc orbem egredientis centri:essemus iam contenti agere secũdum istas quãtitates: quia non alterarentur.Sed quia secũdũ q sequitur in radice qua agitur:non reuoluit̃ nisi super circulum alium:⁊ est ille qui describitur cum centro diuidente lineam.d.k. in duo media.⁊ cum longitudine.k.l.tunc iam necesse est etiam queadmodum oportuit in stella Martis:vt numerentur prius superfluitates que sunt longitudinum que videntur.et vt demonstretur quãte sunt quãtitates earum.quia sunt quãtitates egressionis a centro fere.¶ Qd si centrũ orbis reuolutionis non reuoluitur super orbem egredientis centri aliũ. Sed super orbem primum qui fit super diuersitatem que est propter orbem signorũ.scz orbem qui describitur circa centrũ.k.Tunc sit nunc orbis egredientis centri deferens centrũ orbis reuolutiõis orbis.l.m.circa cẽtrũ.d.⁊ orbẽ qui est mot⁹ equalis sit orbis.n.f.circa cẽtrum.r.equalis orbi.l.m.⁊ applicetur diametri que transit per duo centra ⁊ sit linea.l.m.⁊ assumatur super ipsam centrum orbis signorum etiam pũctum.e.⁊ ponam primum in habitudine pma habitudinum extremitatis noctis centrum orbis reuolutionis super pũctũ. a.⁊ applicabo lineas.d.a.et.e.a.et.r.a.f.et.e.f.⁊ producam a duobus pũctis.d.et.e.ad lineã. a.r.cum producetur scdm rectitudinem duas perpendiculares.d.b.et.e.t.Et quia angulus. n.r.f.⁊ est angulus cursus equalis in longitudine iam ostensum est q est.79.partes ⁊.30. minuta.secundum ptes quibus quatuor anguli recti sunt.360.partes.⁊ etiã angulus qui est super caput eius:⁊ est angulus.d.r.b.fm ptes quibus quatuor anguli recti sunt.360.ptes:est.79.partes ⁊.30.minuta.Et secũdum ptes quibus duo anguli recti sunt.360.partes.159.partes.erit propter illud arcus qui est super lineam.d.b.159.partes.fm ptes quibus circulus qui describit̃ circa triangulum.d.r.b.ortogonium est.360.ptes.⁊ arcus qui est super lineam.r.b.est ptes relique ad complendum semicirculum:⁊ sunt.21.partes.linea ergo.d b.vna duarum linearum que subtenduntur eis erit.117.partes ⁊.59.minuta. scdm partes quibus chorda.d.r.est.120.ptes.⁊ linea.r.b.erit fm istas partes.21.ptes et duo minuta.Ergo secũdum partes quibus linea.d.r.quia est medietas.e.r.est due ptes et 42.minuta fere.⁊ linea q̃dẽ.d.a.⁊ est.e.a.que est a cẽtro orbis egrediẽtis cẽtri:est.60.ptes: erit linea.d.b.due partes ⁊.39.minuta.Et linea.r.b.scdm hoc exemplũ.30.minuta.Et quia cum quadratum quod est ex linea.d.b.minuitur ex quadrato qd est ex linea.d.a.est ex eo






quadratum quod est ex linea.a.b.proueniet nobis linea.a.b.scdm istas ptes.59.partes et 56.minuta.Et sm hoc exemplum quia linea.r.b.est equalis linee.b.t.et linea.e.t.est dupla linee.d.b.erit linea.a.t.tota.60.partes et.26.minuta:secundum partes quibus linea.e.t.est.5.ptes et.18.minuta.Quapropter erit chorda.a.e.sm istas ptes.60.partes et.40.minuta.ergo scdm partes quibus linea.a.e.est.120.ptes:erit linea.e.t.10.partes et.29.minuta.et arcus qui est super eam.10.partes et.1.minutum fere:sm ptes quibus circulus qui descri bitur circa triangulum.a.e.t.ortogonium est.360.partes.erit ergo propter illud angulus.t.a.e.10.ptes et vnum minutum sm partes quibus duo anguli recti sunt.360.partes.Et qz scdm ptes quibus linea.e.t.est.5.partes et.18.minuta.est linea.r.s.quia est a centro orbis egredientis centri:est.60.ptes:et linea.r.t.pars vna.et manifestu est q linea.s.t.tota est.61.partes:proueniet nobis linea.s.e.subtendens etiam sm istas partes.61.partes et.14.minuta.quapropter sm ptes quibus linea.s.e.est.120.partes erit linea.e.t.10.ptes et.23.minuta.Et arcus qui est super eam erit.9.partes et.55.minuta.sm ptes quibus circulus q describitur circa triangulum.e.t.s.ortogonium est.360.partes.angulus igitur.e.s.t.est.9.ptes et.55.minuta.secudum partes quibus duo anguli recti sunt.360.partes.Secundum istas vero partes est ostensum q angulus.e.a.t.est.10.partes et.1.minutum.Ergo angulus.a.e.s.reliquus.et est angulus superfluitatis quesite scdm partes quibus duo anguli recti sunt.360.partes.erit sex minuta.Et sm ptes quibus quatuor anguli recti sunt.360.ptes:erit tria minuta.Dutus autem stelle solum quia locus in habitudine prima habitudinu extremitatum noctis fuit visus super lineam.e.a.super.23.ptes et.11.minuta scorpionis.tunc apparet:q si centrum orbis reuolutionis non moueretur sup orbem egredientis centri sed super orbem.n.s.esset iam centrum orbis reuolutionis sup punctum.l.huius orbis.Et stella fuisset visa super lineam.e.s.et fuit summa superfluitatis in eo quod est inter duo loca tria minuta.Est igitur eius locus super.23.partes et.14.minuta scorpionis.

Et etiam in figura huic simili ponam formam exempli habitudinis secude habitudinum extremitatis noctis:ita vt ipsa sit in figura precedens parum longitudinem propinquiorem.Et quia arcus.s.n.orbis egredientis centri iam ostensum est q est.35.minuta:erit angulus.n.r.s.scdm partes quibus quatuor anguli recti sunt.360.partes.35.minuta.et sm partes quibus duo anguli recti sunt.360.partes pars vna et.10.minuta.Erit ergo propter illud arcus qui est super linea.d.b.pars vna et.10.minuta.scdm ptes quibus circulus qui describitur circa triangulum.d.r.b.ortogonium est.360.ptes.et arcus qui est super lineam.r.b.erit illud q remanet ad complendum semicirculum:et est.178.partes et.50.minuta.Linea igitur.d.b.vna duarum linearum que subtendantur eis:erit pars vna et.13.minuta.sm partes quibus linea.d.r.subtendens est.120.partes.et linea.r.b.erit scdm istas partes fere.120.ptes.ergo secudu partes quibus linea.d.r.est due partes et.42.minuta.et linea.d.b.que est a centro orbis egredientis centri est.60.partes.erit linea quidem d.b.duo minuta.Et linea.r.b.sm illud exemplum due ptes et.42.minuta.et similiter linea.b.b.qz non est inter lineam.d.b.subtendentem et inter ipsam differentias sm istas partes erit.60.ptes.et etiam quia linea.t.b.est equalis linee.b.r.et linea.e.t.est dupla linee.d.b.proueniet nobis linea.t.b.reliqua.57.partes et.18.minuta.scdm partes quibus linea.e.t.est.4.minuta.Et propter illud erit chorda.e.b.secudum istas partes.57.partes et.18.minuta.quapropter scdm partes quibus linea.e.b.est.120.partes:erit linea.e.t.octo minuta fere.et arcus qui est super eam erit octo minuta.etia sz partes quibus circulus qui describitur circa triangulum.e.b.t.ortogonium est.360.partes.angulus igitur.e.b.t.e octo minuta.secudum partes quibus duo anguli recti sunt.360.partes.Et similiter etiam quia secundum ptes quibus linea.r.s.que est a centro orbis egredientis centri:est.60.partes:est iam ostensuz q linea.r.t.tota est.5.partes et.24.minuta.proueniet nobis linea.t.s.reliqua.54.partes et.36.minuta.scdz partes quibus fuit linea.e.t.quatuor minuta.et propter illud erit chorda.e.s.sm istas partes.54.partes et.36.minuta.Ergo scdz partes quibus est linea.e.s.120.ptes:erit linea.e.t.decem minuta fere.et arcus qui est super eam decem minuta fere:secudum partes quibus circulus qui describitur circa triangulum.e.t.s.ortogonium est.360.partes.quapropter erit angulus.e.s.t etiam decem minuta.scdm partes quibus duo anguli recti sunt.360.partes.ergo angulus.b.e.s.reliquus scdm istas partes erit duo minuta.sed secudum partes quibus quatuor anguli recti sunt.360.partes.1.minutu.Apparet ergo etiam hic quia fuit stella in habitudine secuda:et fuit visa super lineam.e.b.et fuit eius locus super.7.partes et.54.minuta piscis.quoniam si non esset visa etiaz nisi super lineam.e.s.esset eius locus super.7.partes et.53.minuta piscis.




Ponam itaqz etiam formam habitudinis tertie:ita q ipsa sit posterior in figura a longitudine propinquiore.Et quia arcus.n.s.orbis egredientis centri iam positus est.32.partes et.51.minutum.erit angulus.n.r.s.etiam scdm partes quibus quatuor anguli recti sunt.360.partes.32.partes et.51.minutum.et secudum partes quibus duo anguli recti sunt.360.partes.65.partes et.42.minuta.Erit ergo propter illud

arcus qui est super lineam.d.b.65.partes ⁊.42.minuta.secũdũ ptes quibus circulus qui describitur circa triangulum.d.b.r.ortogonium est.360.partes.⁊ erit arcus qui est super lineam.r.b.quod remanet ad complendum semicirculum: ⁊ sunt.114.partes ⁊.18.minuta. Linea igitur.d.b.vna duarum linearum que subtenduntur eis erit.65.partes ⁊ sex minuta.secundum partes quibus chorda.d.r.est.120.partes.⁊ erit linea.r.b.secũdum istas ptes.100. partes ⁊.49.minuta.Quapropter scḋm partes quibus linea.d.r.est due partes ⁊.42.minuta.⁊ linea.d.g.que est a centro orbis egredientis centri est.60.partes:erit linea.d.b.pars vna ⁊.28.minuta.⁊ linea.r.b.secũdum illud exemplum due partes ⁊.16.minuta.Et quia cum quadratum quod est ex linea.d.b.minuitur ex quadrato quod est ex linea: g.d.est ex eo quadratum quod est ex linea.g.b.proueniet nobis hec linea etiam scḋm istas partes.59.ptes ⁊.59.minuta fere.Et secũdum illud exemplũ quia linea.t.b.est equalis linee.b.r.⁊ linea.e.t.est dupla linee.d.b.pueniet nobis linea.g.t.reliqua.57.partes ⁊.43.minuta.secũdũ partes quibus linea.e.t.est due partes ⁊.56.minuta.⁊ propter illud erit chorda.e.g.ſm istas partes.57.partes ⁊.47.minuta.ergo secũdũ partes quibus linea.e.g.est.120.partes:erit linea.e.t.sex partes ⁊.5.minuta.⁊ arcus qui est super eã quinq; partes ⁊ 48.minuta fere: secũdum partes quibus circulus qui describitur circa triangulum.g.e.t.ortogonium est.360.partes.quapropter erit angulus.e.g.t.5.partes ⁊.48.minuta fere: ſm partes quibus duo anguli recti sunt.360.partes. Et similiter propterea ꝙ secundum partes quibus linea.r.s.que est a centro orbis egredientis centri:est.60.partes:est linea.r.t.tota aggregata quatuor partes ⁊.32.minuta: proueniet nobis linea.s.t.reliqua.55. partes et.28.minuta.secũdum partes quibus fuit linea.e.t.due partes ⁊.56.minuta.et propter illud erit chorda.e.s.secũdum istas partes.55.partes ⁊.33.minuta.Quapropter secundum partes quibus linea.e.s.subtendens est.120.partes:erit linea.e.t.sex partes ⁊.20.minuta. Et arcus qui est super eam erit sex partes et duo minuta.secũdũ partes quibus circulus qui describitur circa triangulum.e.t.s.ortogonium est.360.partes.ergo angulus.e.s.t.est sex partes ⁊ duo minuta secũdum partes quibus duo anguli recti sunt.360.partes.⁊ angulus.g.e.s.reliquus secũdum istas partes erit quatuordecem minuta. ⁊ ſm partes quib⁹ quatuor anguli recti sunt.360.partes:erit septem minuta.Quapropter quia stella in habitudine tertia quando fuit visa super lineam.e.g.fuit locus super.14.partes ⁊.23.minuta arietis.tunc manifestum est:ꝙ si fuisset etiam super lineã.e.s.fuisset eius locus sup.14.partes ⁊.30.minuta arietis. Jam vero ostensum est ꝙ in habitudine prima fuit eius locus super.23.partes ⁊.14.minuta scorpionis.et in habitudine secunda super septem partes ⁊ 53.minuta piscis. Prouenient igitur due longitudines que videntur huius stelle:si non aspiciatur in eis secũdum orbem egredientis centri deferentem centrum orbis reuolutionis:sꝫ secũdum orbem egredientis centri quo agitur super motum equalem:longitudo quidem inter habitudinem primam et inter habitudinem secũdam.104.partes ⁊.39.minuta.⁊ lõgitudo inter habitudinem secundã ⁊ inter habitudinem tertiam.36.partes ⁊.37.minuta. Cum nos ergo sequemur intentionem cuius declaratio precessit:inueniemus lineam que est in eo quod est inter centrum orbis signorum ⁊ inter centrum orbis egredientis centri quo agitur super motum orbis reuolutionis equalem.5.partes ⁊.30.minuta fere:secundum partes quibus diamet⁹ orbis egredientis centri est.120.partes.⁊ inueniemus arcũ orbis egredientis centri qui est inter longitudinem longiorem ⁊ inter habitudinem primã habitudinum extremitatis noctis.77.partes ⁊.15.minuta.Et arcum qui est inter habitudinem secundã ⁊ inter longitudinem propinquiorem duas partes et.50.minuta.Et arcũ qui est inter longitudinem propinquiorẽ et inter habitudinẽ tertiam.30.partes ⁊.36.minuta. Jam vero apparet ex hoc loco: qualiter producantur scḋm veritatem quantitates dicte: cum superfluitas inter longitudines ex istis quãtitatibus etiam prouenerit conueniẽs fere superfluitati cuius relatio precessit longitudinem stellarum que videntur: accepta per istas proportiones que inueniũtur conuenietes ei quod reperitur ex eis per consideratiões. Et illud est manifestum ex eo ꝙ nos narramus.



Ponamus etiam formam habitudinis pme habitudinum extremitatis noctis: ⁊ sit in ea orbis egredientis centri deferens centrum orbis reuolutionis tantum. Et quia angulus.l.r.a.secũdum partes quibus quatuor anguli recti sunt.360.partes: iam ostensum est ꝙ est.77.partes ⁊.15.minuta.et secũdum partes quibus duo anguli recti sunt.360.partes est ipse et angulus qui est super caput eius: ⁊ est angulus.d.r.b.154.partes ⁊.30.minuta.erit arcus qui est super lineam.d.b.154.partes et 30.minuta.secundum ptes quibus circulus qui describitur circa triangulum.d.r.b.ortogonium est.360.partes.et erit arcus qui est super lineã.r.b.qḋ remansit ad complendum semicirculum: ⁊ sunt.25.partes ⁊.30.minuta.linea igitur.d.b.vna duarum linearum que subtendunt eis est.117.partes ⁊ duo minuta.scḋm partes quibus diameter.d.r.est.120.partes.⁊ linea.r b.secũdum istas partes est.26.partes ⁊.29.minuta.Ergo secũdum partes quidem quibus linea.r.d.est due partes ⁊.45.minuta.et linea.d.a.que est a centro orbis




egredientis centri est.60.partes:erit linea quidem d b.due partes ⁊.41.minuta.⁊ linea.r.b.secūdum hoc exemplum.36.minuta.Et propter illud idem quod precessit ex eius declaratione:erit linea.a.b.secūdum istas partes.59.partes ⁊.56.minuta.Et erit linea.a.t.tota.60.partes ⁊.32.minuta.secūdum partes quibus linea.e.t.quia est dupla linee.d.b.est quinq partes ⁊.22.minuta.Quapropter aggregatur chorda.a.e.secūdum istas ptes.60.ptes ⁊ 46.minuta.Ergo secūdum partes quibus linea.a.e.est.120.partes:erit linea.e.t.10.ptes ⁊.36.minuta.Et erit arcus qui est super eam.10.ptes ⁊.8.minuta.secundum partes quibus circulus qui describit circa triangulum.a.e.t.ortogoniuʒ est.360.partes:angulus igitur.e.a.t.est.10.partes ⁊.8.minuta:secūdum partes quibus duo anguli recti sunt.360.ptes et angulus.l.e.a.reliquus secūdum istas partes erit.144.partes ⁊.22.minuta.et secundū partes quibus quatuor anguli recti sunt.360.partes.72.partes et.11.minuta.hec igitur fuit summa partium longitudinis stelle in habitudine prima a longitudine longiore in orbe signorum que est super punctum.l.

ET ponam etiam formam habitudinis secūde.Et quia angulus.b.r.m.secundū ptes quibus quatuor anguli recti sunt.360.partes iam ostēsum ꝙ est.5.ptes ⁊ 40 minuta.erit arcus qui est super lineam.d.h.5.partes et.40 minuta.secūduʒ partes quibus circulus qui describitur circa triangulum.d.r.h.ortogonium est.360.partes.⁊ erit arcus qui est super lineam.r.h.reliquum ad complēdum semicirculum:⁊ est.174.partes ⁊.20.minuta.linea igitur.d.h.vna duarum linearum que subtendūtur eis erit.5.partes ⁊.56.minuta.secūdum ptes quibus chorda.d.r.est.120.partes.⁊ linea.r.h.secūdum istas partes erit.119.partes ⁊.51.minuta.Ergo scđm partes quibus linea.d.r.est due partes ⁊.45.minuta.⁊ linea.r.b.que est a centro orbis egredientis centri:est.60.partes:erit linea.d.h.octo minuta.et linea.r.h.secūdum hoc exemplū due partes ⁊.45.minuta fere.Et propter illud idem erit linea.b.h.r.secūdum istas partes.60.ptes fere.et erit linea.b.t.h.secūdum istas ptes.60.partes fere.⁊ erit linea.b.t.reliqua.57.partes ⁊.15.minuta.ergo secundum partes quibus linea.e.t.est.16.minuta.opʒ ex inde vt sit chorda.e b.aggregata scđm istas partes.57.partes ⁊.15.minuta.ergo secundum partes quibus linea.e.b.est.120.partes:erit linea.e.t.33.minuta.et erit arcus qui est super eam.32.minuta.secundum partes quibus circulus qui describitur circa triāgulū.e.b.t.ortogonium est.360.partes.Quapropter erit angulus.e.b.t.32.minuta.secūdum ptes quibus duo anguli recti sunt.360.partes.⁊ erit angulus.b.e.m.totus secūdum istas ptes sex partes ⁊.12.minuta.⁊ scđm partes quibus quatuor anguli recti sunt.360.partes:erit tres partes ⁊ sex minuta. Fuit ergo longitudo stelle in habitudine secūda precedens longitudinem propinquiorem tribus ptibus ⁊ sex minutis.Et iam ostensum fuit ꝙ eius longitudo fuit in habitudine prima posterior a longitudine longiore.72.partibus ⁊.11.minutis.prouenit ergo longitudo ab habitudine prima ad habitudinem secūdam que videtur ex eo quod remanet ad complendum semicirculum:⁊ est.104.partes ⁊.43.minuta.et illud est conueniēs longitudini que per considerationes producitur.




POnam igitur etiam tertie habitudinis formam.Et quia angulus.m.r.g.secūduʒ partes quibus quatuor anguli recti sunt.360.partes:est iā ostensum ꝙ est.30.partes ⁊.36.minuta.et secūdum partes quibus duo anguli recti sunt.360.est.61.ptes et.12.minuta.erit arcus qui est super lineaʒ.d.h.etiā.61.partes ⁊.12.minuta.secūdum ptes quibus circulus qui describitur circa triangulum.d.r.h.ortogoniū est.360.partes.⁊ erit arcus qui est super lineam.r.h.quod remanet ad complendum semicirculum:et est.118.partes et.48.minuta.linea igitur.d.h.vna duarum linearū que subtenduntur eis erit.61.pars ⁊ sex minuta.secūdum ptes quibus chorda.d.r.est.120.partes.⁊ linea.r.h.secūdum partes istas erit.103.partes ⁊.17.minuta.Quapropter secunduʒ partes quibus linea.d.r.est due partes et.45.minuta.⁊ linea.g.d.que est a cētro orbis egredientis centri:est.60.ptes.erit linea.d.h.pars vna ⁊.24.minuta.et linea quidem.r.h.secūdum illud exemplum due partes ⁊.22.minuta.Et propter illud idem erit linea.g.h.secundum istas ptes.59.partes ⁊.59.minuta.Et erit linea.g.t.reliqua.57.partes ⁊.37.minuta.secundum partes quibus aggregata linea.e.t.est due partes ⁊.48.minuta.Erit ergo propter illud chorda.e.g.57.partes ⁊.41.minutum.Ergo scđm partes quibus linea.e.g.est.120.partes:erit linea.e.t.5.partes ⁊.50.minuta.et arcus qui est super eaʒ.5.partes ⁊.34.minuta.secundum ptes quibus circulus qui describitur circa trianguluʒ.e.t.g.ortogoniū est.360.partes.erit ergo propter illud angulus.e.g.t.5.ptes ⁊.34.minuta.secūdum ptes quibus duo anguli recti sunt.360.partes.et erit angulus.m.e.g.totus secūdum istas ptes.66.partes ⁊.46.minuta.et secūdum partes quibus quatuor anguli recti sunt.360.partes:erit ipse.33.partes ⁊.23.minuta.hec igitur fuit sūma longitudinis stelle in habitudine tertia a longitudine longiore posterioris ab ea. Jam autem fuit ostensum ꝙ eius longitudo fuit in habitudine secunda ab hac eadem longitudine propinquiore precedens ipsam tres partes ⁊ sex minuta.Aggregatur ergo lōgitudo que videtur ab habitudine secūda ad ha



bitudinem tertiam cum colligitur. 36. ptes ⁊. 29. minuta. et illud est conueniens etiam ei quod consideratum fuit.

E Tiam manifestum est ex eo ꝙ quādo fuit stella in habitudine tertia: fuit locus eius secūdum ꝙ inuenimus per considerationem super. 14. partes ⁊. 23. minuta arietis. et fuit eius longitudo a longitudine propinquiore posterior ab ea: secūdum ꝙ ostensum est. 33. partes ⁊. 23. minuta. Nam longitudinis propinquioris orbis eius egredientis centri fuit locus in illa hora super vndecem partes piscis. et longitudinis longioris super partem condiametralē illi parti: et est pars vndecima virginis. Si ergo descripserimus circa centrum. g. orbem reuolutionis: supra quē sint. h. t. k. erit manifestum ꝙ cursus medius in longitudine a longitudine longiore orbis egredientis centri super punctum. l. proueniet. 210. partes ⁊. 36. minuta. Et propterea ꝙ angulus. m. r. h. iam fuit ostensum ꝙ ē. 30. partes ⁊. 36. minuta. secūdū ptes quibus quatuor anguli recti sunt. 360. partes. et ꝙ arcus. t. k. orbis reuolutionis qui est inter punctum. t. ⁊ est longitudo propinquior: ⁊ inter pūctum. k. super quod fuit stella: est due partes ⁊. 47. minuta. Et propterea ꝙ angulus. e. g. r. iam fuit ostensum ꝙ est. 5. partes et. 34. minuta. secūdum partes quibus duo anguli recti sunt. 360. ptes. et secūdum partes quibus quatuor anguli recti sunt. 360. partes: est due partes et. 47. minuta. Ergo in hora habitudinis tertie habitudinum extremitatis noctis. scʒ in āno pmo ānorū Antonii: in mense apud egyptios nominato athur: in die vigesimo eius: in nocte quā sequitur dies vigesimusprimus post quinqꝫ horas a medietate noctis: fuit stelle Iouis cum conspicitur in re eius cursus medii longitudo in longitudine a longitudine longiore orbis egredientis centri. 210 partes ⁊. 36. minuta. scʒ ꝙ locus eius fuit super. 11. partes ⁊. 36. minuta arietis. Et fuit eius locus in diuersitate sup. 182. partes et. 47. minuta a pūcto. h. quod est longitudo longior orbis reuolutiōis.





¶ Capitulum secundum in ostensione quātitatis orbis reuolutionis stelle Iouis.



D Einde post illud accepimus ad ostēsionem quātitatis orbis reuolutionis Iouis consideratiōnē eius in qua iam cecidit nobis experientia in anno secūdo annorum Antonii: in mense nominato apud egyptios mesure: in die vigesimosexto eius: in nocte quam sequitur dies vigesimusseptimus: ante eleuationem solis. scʒ post quinqꝫ horas equales fere a medietate noctis. quoniam solis cursus medii fuit locus super. 26. partes et. 11. minuta cancri. Et fuit medians celum in instrumento considerationis pars secūda arietis. Considerauimus itaqꝫ stellam Iouis in illa hora cum stella nominata aldebaran. et inuenimus locum eius per visionem super quindecem ptes. ⁊ medietatem et quartam partis geminorum. et fuit visa equalis in loco suo centro lune: ⁊ tamen luna fuit tunc declinior ad meridiem. In illis autem horis inuenimus lune secundum numerationem cuius precessit declaratio locum per motum suum medium in nouem partibus geminorum. et per diuersitatē super. 272. partes ⁊. 5. minuta. a longitudine longiore orbis reuolutionis. et propter illud fuit locus eius verus in. 14. partibus ⁊. 50. minutis geminorum. ⁊ est eius locus qui videtur in alexādria in. 15. partibus ⁊. 45. minutis geminorum. ergo fuit locus Iouis ex hoc modo super. 15. partes ⁊ medietatē ⁊ quartā partis geminorum. Et etiam quia tēporis quod fuit inter habitudinem tertiā habitudinū extremitatis noctis: ⁊ inter horam huius cōsiderationis quā narrauimus sūma fuit ānus vnus egyptius ⁊. 276. dies. et in eo quod comprehendit hoc tempus non cadit diuersitas sensibilis: quāuis numerētur secūdum grossitudinem numerationis: ⁊ est in lōgitudine. 53. partes et. 17. minuta. Et in diuersitate. 218. partes ⁊. 31. minutum. Tunc cum nos addidimus illud super superfluitates quas demonstrauimus in habitudine tertia: erit in hora huius cōsiderationis radix in longitudine super. 263. partes et. 53. minuta fere a lōgitudine lōgiore orbis egredientis centri. ⁊ radix diuersitatis super. 41. partes ⁊. 18. minuta. a longitudine longiore orbis reuolutionis.

P Ostquā igitur iam explanate sunt he res secūdum hunc modum: tunc ponā etiā formam similem forme quā declarauimus secūdum hanc intentionem in stella Martis. sitqꝫ in ea locus orbis reuolutionis posterior a longitudine propinquiore orbis egredientis centri. et sit locus stelle eiusdem a longitudine longiore orbis reuolutionis secūdum ꝙ cōuenit ei quod narrauimus hic de duobus cursibus mediis in longitudine ⁊ in diuersitate. Et quia cursus medius in longitudine a longitudine lōgiore orbis egredientis centri est. 263. partes ⁊. 53. minuta: erit angulus. h. r. g. etiam secūdum partes quidem quibus quatuor anguli recti sunt. 360. partes. 83. partes ⁊. 53. minuta. et secūdum partes quibus duo anguli recti sunt. 360. partes. 167. partes ⁊. 46. minuta. Quapropter arcus qui est super lineam. d. m. erit. 167. partes et. 46. minuta. secūdum partes quibus circulus qui describitur circa triangulum. d. r. m orthogonium est. 360. partes. ⁊ arcus qui est super lineam. r. m. erit quod remanet ad complendum semicirculum: ⁊ est. 12. par-





tes et. 14.minuta. Linea igitur.d.m.vna duarum linearũ que subtendantur eis:erit. 119. partes ⁊. 19.minuta.secũdum partes quibus chorda.d.r.est. 120.partes. ⁊ linea.r.m.secũdum ptes istas erit. 12.partes ⁊.47.minuta.ergo scđm partes quibus linea.d.r.est due partes et.45.minuta. ⁊ linea.d.b.que est a centro orbis egredientis centri est.60.partes:erit linea.d.m.due partes ⁊.44.minuta fere.et linea.r.m.secũdum illud exemplum. 18.minuta. Et quia cum quadratum quod est ex linea.d.m.minuitur ex quadrato quod est ex linea. d.b.est ex eo quadratum quod est ex linea.b.m erit linea.b.m secũdum istas partes. 59.partes ⁊.56.minuta. Et secundũ illud exemplum quia linea.r.m.est equalis linee.m.l.reliqua. 59.partes et.38.minuta.secũdum partes quibus prouenit linea.e.l.5.partes ⁊.28.minuta.et propter illud erit linea.e.b.subtendens secũdum istas partes.59.partes ⁊.44.minuta.Ergo scđm partes quibus linea.e.b.est.120.partes:erit linea.e.l.10.ptes ⁊.58.minuta fere.et arcus qui est super eam.10.partes ⁊.30.minuta:secũdum partes quibus circulus qui describitur circa triangulum.b.e.l.ortogonium est.360.partes. Quapropter erit angulus.e.b.r.10.partes ⁊.30.minuta.secũdum partes quibus duo anguli recti sunt.360. partes. Scđʒ vero istas partes fuit angulus.b.r.g.167.ptes ⁊.46.minuta.erit ergo angulus.b.e.g.totus secundũ istas partes.178.partes ⁊.16.minuta. Et etiam quia puncti .g.et est longitudo propinquior:fuit locus super.11.partes piscis fere.et fuit stella visa super lineam.e.k.et eius locus super.15.partes ⁊.45.minuta geminorum.erit angulus.k.e.g.secundum partes quidem quibꝰ quatuor anguli recti sunt.360.partes.94.ptes et.45.minuta.et secũduʒ partes quibus duo anguli recti sunt.360.partes.189.partes ⁊.30.minuta.ergo angulus.b.e.k.reliquus scđm istas partes erit.11.partes et.14.minuta.erit ergo propter illud arcus qui est super lineam.b.n.11.partes ⁊.14.minuta.secũdum ptes quibꝰ circulus qui describitur circa triangulum b.e.n.ortogonium est.360.partes. ⁊ erit linea.b.n. 11.partes ⁊.44.minuta.scđm partes quibus chorda.e.b.est.120.partes. Ergo secundum partes quibus linea.e.b.et linea.e.l.est dupla linee.d.m.erit linea.l.b.est.59.partes ⁊.44. minuta.et linea que est a centro orbis egredientis centri.60 partes:erit linea.b.n.5.ptes ⁊ 50.minuta. Et secundũ illud exemplum quia arcus.b.k.est.41.partes ⁊.18.minuta.erit angulus.b.b.k.etiã scđm partes quibus quatuor anguli recti sunt.360.partes.41.pars et 18 minuta.et secũdum partes quibus duo anguli recti sunt.360.partes.82.partes ⁊.36. minuta. Sed scđm istas ptes fuit angulus.e.b.r scʒ angulus.b.b.t.10.partes ⁊.30.minuta.erit ergo angulus.t.b.k.reliquꝰ.72.partes ⁊ sex minuta. Et iam fuit ostensum ꝙ angulus.k.e.t.secũdum istas partes est.11.partes et.14.minuta.ergo angulus.b k.n.reliquus secũdum istas partes est.60.partes ⁊ 52.minuta Quapropter erit arcus qui est super lineam b.n.60.partes ⁊.52.minuta.secundũ partes quibus circulus qui describitur circa triangulum.b.k n.ortogonium est.360.partes sed linea.b.n.secũdum partes quibus diameter.b.k est.120.partes:est.60 partes ⁊.47 minuta.ergo secũduʒ partes quibus linea. b.n.est.5 partes ⁊.50.minuta.et linea quidem que est a centro orbis egredientis cẽtri:est. 60.partes:erit linea b.k.que est a centro orbis reuolutionis.11.partes ⁊.30.minuta fere. Et illud est cuius indiguimus inuentione.

Capitulum tertium in verificatione motuum reuolubilium stelle Jouis.



Einde post illud accepimus reuolutionem motuum stelle Jouis etiam considerationem vnam cõsiderationum antiquarum:que multa inquisitione firmate sunt:in qua nõ est dubitatio.in qua etiam dixerũt ꝙ in ãno quadragesimoquinto secũdũ tpꝰ dionysii:i die decio mẽsis noiati berbeunis aut iunenun coopuerat stellã Jouis in mane stellam nominataʒ albabamar.idest asinũ meridianũ. Et hec hora fuit in ãno octuagesimotertio a morte Alexandri:in mense mẽsium egyptiorũ nominato athica:in die decimoseptimo eius:in nocte quam sequitur dies decimusoctauꝰ eius:in matutino. Et inuenimus solis in hora illa locum per cursum eius mediuʒ super.9. partes ⁊.56 minuta virginis. Sed stelle noiate asinus meridianus: ⁊ est ex stellis que sunt circa volutabrum in cancro:fuit locus in hora considerationis nostre super vndecem ptes ⁊ tertiam partis cancri: ⁊ manifestum est ꝙ eius locus fuit in hora illiꝰ cõsiderationis quã narrauimus super septem partes ⁊.33.minuta eius:propterea ꝙ illud quod pertinet tempori quod est inter duas cõsiderationes: ⁊ est trecenti ⁊ septuagintaocto anni:est tres ptes ⁊.47.minuta. Stelle ergo Jouis etiam fuit in illa hora locus propterea ꝙ cooperuerat illã stellam super septem partes ⁊.33.minuta cancri. Et similiter etiam propterea ꝙ fuit longitudo longior in tempore nostro in.11.partibꝰ virginis:oportet vt sit eius locus in illa hora super septem partes ⁊.13.minuta eius. Et manifestum est ꝙ huiꝰ stelle per visum fuit longitudo a longitudine sua longiore orbis egredientis centri in illa hora.300.partes et 20.minuta. ⁊ fuit longitudo solis per motum suum medium ab illa longitudine longiore due partes ⁊.43.minuta.

